Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

4906

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Fr. Ber

dusnardus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cal 94

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

PARA

PHRASIS IN EVANGELIVM MATTHAEI, PER D. ERAS. ROT. *nunc primum nata & edita.*

EPISTOLA *nuncupatoria ad* CAROLVM *Cæsarem.*

EXHORTATIO *ad studiũ Euãgelicæ lectionis.*

EPISTOLA *ad* R.D. *Matthæum Card. Sedun.*

MOGVNTIAE AN. M. D. XXII.

Lege opa
Erasmi
cause
Autor
Dannat

De F. Diego de La Calle

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Expurgue este libro conforme
al expurgatorio toledano del año de
mill y seiscientos y noue en este m°
de S.to Domingo de Silos a 7 de no.re de 615

Fr. Placido Fernandez

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

INVICTIS

SIMO CAESARI CAROLO, *eius nominis quinto, D. Erasmus Roterodamus S.D.*

AVD *quaquã ignarus* CAROLE *Cæsar inuictissime, quanta religio, quantaq; reuerentia debeatur, quum omnibus sacris literis, quas nobis sancti patres diuini numinis afflatu prodiderunt. tum præcipue ijs, quæ nobis bona fide referunt, quæ pater ille cœlestis ad totius orbis salutem per filium suum Iesum, uel gessit, uel proloquutus est. simulq; conscius indignitatis propriæ. quum ante annos aliquot primũ admolirer manum epistolis Paulinis, paraphrasi explanãdis (nam id mihi tum ultro suggessit impetus animi) uidebar mihi fãtuus aggredi uehementer audax, et improbum, ac periculosæ, quod aiunt, aleæ. adeo ut posteaquã in uno alteróue capite feãssem operis periculũ, planè cõtractis uelis destiturus fuerim ab instituto cursu, ni me mirus amicorũ eruditorũ consensus, uti pergerẽ perpulisset. Nec mihi licuit per horum efflagitationes cõquiescere, donec quicquid esset apostolicarum epistolarum*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

absoluißem, quum ipse non sumpsißem tractandas, nisi eas, quæ [redacted] à Paulo conscriptæ sunt. Non semper mihi prospere æßit amicorum instigationibus obsequundasse. Sed hac tamen in re mihi gratulatus sum eam audaciam expectatione fuiße feliciorem. tum autori, cui minimũ peperit inuidiæ, tum euangelicæ philosophiæ candidatis, qui mihi certatim gratias agunt, quod hac mea industria ad cognitionẽ apostolicæ sapiẽtiæ, uel excitati sint uel adiuti. Sed hac defunctus prouincia, nõ expectabam posthac unquam mihi rem fore cum hoc scripti genere. Et ecce R. D. Matthæus Cardinalis Sedunensis, cuius hortatu perfeceram epistolas canonicas, quum illum è Vuormaciensi conciliio reuersum salutandi gratia conuenissem Bruxellæ, primo statim colloquio, uelut hoc meditatus incipit hortari, ut quæ fecißem in epistolas apostolicas, idem facerem in Euangelium Matthæi. Ego protinus excusare multa, plus satis audax fuiße facinus, quod id tentassem in apostolicas literas. uiros quidem diuinos apostolos, sed tamen homines fuisse. Cæterum Christi maiestatem esse maiorem, quàm ut in huius uerbis idem audere fas sit. Quod si nos non submoueret operis maiestas, tamen argumenti naturam refragari, nec admittere paraphrasten. non tantum ob hoc, quod hic uariæ sint persone, quibus dum necessario attemperatur oratio, fit ut intra cancellos arctißimos cohibeatur calamus. nimirũ exclusus ab

ca li=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ea libertate, quã admittunt reliqua commentariorũ genera. Nam & paraphrasis commentarij genus est. Deinde quum bona pars Euangelij constet narratione rerum gestarum, eaq; simplici ac plana, fortaßis uidebitur hic paraphrastes nihil aliud quàm luœrnam acœndere in meridie, uxta Græcorum prouerbium. Iam quũ ueteres in allegorijs explicandis, partim uarient, partim sic agant, ut mihi nonnunquàm ludere uideantur. Nec mihi liuerit eas nisi sub persona uel Christi, uel Euangelistæ referre, palàm est, in quãtis angustijs essem uersaturus. Omitto quod Christus quædã ita locutus est, ut tum quũ dicœret intelligi noluerit, quod genus est illud Soluite templũ hoc, et in triduo ædificabo illud. Rursum de emendo gladio, de fermento pharisæorum uitando. Porrò in eo sermone quo prædiat excidium urbis Hierosolymitanæ, finem huius mundi, & afflictiones olim apostolis euenturas, ita miscet ac temperat sermonem Iesus, ut mihi uideatur, non solum apostolis, sed nobis etiã obscurus esse uoluisse. Sunt rursus loca quædam mea sententia prorsus inexplicabilia, quorũ est de peccato in spiritum sanctum remittendo, de die supremo, quem solus pater norit, etiam filio incognitum. Hic in commentarijs libet absq; periculo referre sententias diuersorũ diuersas, licet ingenue fateri locũ sibi non liquere. At idem ius non est paraphrastæ. præterea sunt quædam ita dicta, ut ad hæc quoq; tempora pertineant, [redacted]

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

[redacted]. Hæc ut spiritu prophetico præsaerint Euangelistæ, certe sub illorũ persona nõ possunt narrari, nisi frigide et coacte. Mouebat et illud animum meum, si in solum Matthæũ hoc operæ sumerẽ, fore protinus qui idem efflagitarent in cæteros Euangelistas. Quorũ uoluntati si morem gererem, futurum ut mihi sæpius eadem eßent repetenda, nimirũ omnia in quibus inter se consentiunt Euangelistæ. Sin ex omnibus perpetuã quandam narrationis seriẽ contexerem quũ expliare dissonantes locos in Euangelistis nihil aliud sit, q̃ in labyrintho quodã uersari, non potuißem seruire perspicuitati paraphraseos. His et huiusmodi plurimis argumentis quũ deprecarer delatã prouinciam, mihiq; uiderer habere causam bonã ac uinabilẽ. tamen illeuiat facũdia, uiat autoritate, totius negotij periculũ & aleam in sese recipiens. Nec ausus sum diutius illius uiri reluctari consilio, cuius consilijs tua maiestas grauißimis in rebus solet non illibẽter obtemperare. Et tamen quum ego nõ plane recepißem negotiũ, sed tantũ pollicitus essem aliquãdo conaturũ me, si forte procederet, ille Mediolanũ se conferens, meo nomine spoponderat Germanis opus hac hyeme proditurũ. Itaq; quũ ipse Basileã repeto, sic urgebar undiq; à Germanis meis, flagitatoribus non parũ improbis, ut quo fidem illius ac meã liberarem, opus menstruo ferme labore perfecerim. Vtinã sit omnibus felix illius imperiũ ac meum obsequiũ. et spero

fore

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fore, si tua maiestas hoc munusculũ sibi dicatũ agnoscet. Sed hic fortasse dicet aliquis, qui te nõ alio titulo quã Cæsaris nouit, quid hoc argumentũ ad prophanũ principẽ, quod magis conueniebat, abbatibus, aut episcopis consecrare? Primum mihi uidetur apte datum, quicquid honestum offertur Christiano principi. Adhæc quũ nullus princeps tam prophanus sit, ut ab Euangelij professione sit alienus, Cæsares in hoc unguntur & consecrantur, ut euangelicam religionẽ uel tutentur, uel sarciant, uel propagent. Itaque non doctor est Euangelij Cæsar, sed propugnator, fateor, sed interim par est non ignorare quale sit, pro quo sumis arma. Porro quum tuum istum animum contemplor sic religioni pietatiq; deditum, ut episcopis & abbatibus ad pietatis studium uel regula possit esse, uel calcar. non mihi uisus sum ulli congruentius hoc munus dedicaturus quàm tuæ maiestati. Proinde quod apte dicaturus erã Christiano principi, aptius Cæsari, aptissime dico CAROLO. Minus apta deferunt, qui gemmas raras, qui feroces caballos, qui canes uenatorios, qui aulæa barbarica largiuntur. Iam quum Euangelistæ nulli non scripserint Euangelium. non uideo quo minus sit ab omnibus legendum. Et nos ita tractauimus, ut et ab illiteratis possit intelligi. Legetur aũt summo cum fructu, si quisq; hoc animo sumet in manus ut seipso reddatur melior. nec euangelicã scripturã ad suos accõmodet affectus, sed suã uitã suasq; cupiditates

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad huius regulã corrigat. Nos in hoc opere potissimũ sequuti sumus Origenem rei theologicæ lõge peritissimũ Chrysostomum ac Hieronymum ex orthodoxis probatissimos. Det tibi Cæsar augustissime cœlestis ille princeps ea uelle, conariq;, quæ sunt optima, atq; idem tuos conatus bene fortunet, ut amplissimum imperium, quod citra sanguinis humani iacturam hactenus contigit, possis itidem uel propagare uel tueri. Illud interim semper meminerit tua clementia, nullum bellum neq; tam iustis de causis susipi, neq; tam moderate geri, quod non ingens & scelerum & calamitatum agmen secum trahat tum maximam malorum partem ad innoxios & indignos recidere. Basileæ. Id. Ian. An. 1522.

ERASMVS ROTERODAMVS PIO LECTORI S. D.

Omnis hæc Præfatio D. Er. expugnatur.

Memini lector optime, & aliàs aliubi testificatum esse, me plurimum dissentire ab ijs, qui laicos & illiteratos in totum putant submouẽdos à lectione sacrorũ uoluminũ. nec admittendos ad hæc adyta, nisi paucos Aristotelica philosophia, scholasticaq; Theologia multis annis detritos. Equidẽ in præsentia non digladiabor cum ijs, qui hos potissimum iudicant idoneos legendis & enarrandis uoluminibus arcanis, quod ingenium adferãt humanis disãplinis exercitatum. Sit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tum. Sit ita sane, modo eas per ætatem sobrie modiceq; attigerint, modo ne in illis consenuerint, modo ne plus satis illis tribuant, modo absit superalium & cæcus amor sui, modo simplex & purus sit oculus, quo in scripturis arcanis conspiatur deus, neq; animus sit mũdanis affectibus uiciatus, à quibus resilit spiritus ille cœlestis. Alioqui pulchre tenebant sacras literas scribæ et pharisæi, & interrogati de Christo, incontanter proferebant è prophetis testimonium. rogati de præcipuo legis præcepto, apte respondebant. Caiaphas etiam uaticinũ edidit, de mundo Christi morte redimendo. sed uidentes non uidebant, quod oculos haberent lucre, odioq; uiciatos. audientes non audiebant, quod aures haberent malarum cupiditatum sordibus obturatas. intelligentes non intelligebant, quod mentem haberent ambitionis & auaricæ tenebris obcæcatam. Nec ulli pertinatius obstitere Christo, quàm qui præcipue tenebant eos libros, in quibus et promissus fuerat & adumbratus. Sed non ideo damnanda est sacrarum literarum exacta cognitio, si quidã suo uitio sibi uertunt in perniciem, quod suapte natura bonũ est ac saluiferum. Vt igitur ijs detur primus locus in docendo, non uideo tamẽ, quur idiotæ sint ab euangelicis præcipue literis, ceu prophani à sacris submouendi, quæ doctis pariter & indoctis, quæ Græcis æque ac Scythis quæ seruis itidem ut liberis, quæ fœminis simul et uiris quæ plebeis non minus atque regibus proditæ sunt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quod docent ex æquo ad omnes pertinet, quod pollicentur, pariter ad omnes pertinet. Et ita proditæ sunt, ut ãtius intelligantur ab idiota pio modestoq;, quàm ab arrogante philosopho. Iudæorũ est populum cælare sua mysteria, qui in umbris uersabantur. Euangelica lux premi nõ sustinet. Olim in sancta sanctorũ unus ingrediebatur sacerdos. At ubi tẽpli uelũ in morte domini sãsũ est ad ipsum ipsũ Christum, qui uere sanctus est sanctorum & sanctificator omnium datus est omnibus aditus. et exaltatus à terra, omnia trahit ad se, qui cupit omnes saluos facere. Exclamant indignũ facinus, si mulier aut coriarius loquatur de sacris literis. At ego puellas quasdam audire mallem de Christo loquentes, quàm quosdã summos uulgi opinione Rabbinos. Quur nos sumus immitiores Iudæis? Illi ferebant puerũ Iesum in medio doctorum respondentẽ et interrogantẽ. quum nihil adhuc in eo diuinũ suspicarentur. Increpat ille discipulos suos qui prohiberent pueros adire se. Taliũ est enim, inquit regnum cœlorum. Neq; nos igitur arceamus paruulos ab euangelica lectione, fortasse Iesus et illos cõplecti dignabitur, sacrisq; suis manibus contingere, ac benedicere. Hæc ætas pharisæis obtrectãtibus, domino cecinit gratum Osanna. Ex hoc genere delegit euangelicæ philosophiæ discipulos, nõ solum piscatores, & ἀναλφαβήτους, sed etiã natura tardiusculos. qd' multis argumẽtis liquet ex euãgelica narratione. Pro his paruulis gratias agit

agit patri. Confiteor tibi deus cœli et terræ, quod abscõderis hæc à sapientibus ac prudentibus, et reuclaris ea paruulis, hoc est, iuxta mundi iudiciũ stultis. Sæpenumero qui mundo contẽptissimi sunt, apud Christum summo in precio sunt. Et quos mundus habet pro doctissimis, Christo sunt idiotæ. De quibus loquitur Paulus, scribẽs Romanis. Euanuerũt in cogitationibus suis, et obtenebratum est insipiens cor corũ, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Neq; uero hæc dixerim, quo bonis doctoribus adimã autoritatẽ suam, aut idiotis quibuslibet addã animos, ut sibi uindicent scientiam scripturæ mysticæ, suæq; prudentiæ innitentes, aspernentur doctores ecclesiasticos. Habet humana sapientia superaliũ suũ, sed habet et idiotarũ insania non minus arrogans superalium suũ. Paulus nõ patitur mulierẽ loqui in cœtu ecclesiastico, ne disendi quidem gratia. taxatq; mulieralas oneratas peccatis, semper discentes, nec unquã ad sãentiã ueritatis perueniẽtes. Contra diuus Hieronymus et uirgines et uiduas et cõiugatas hortatur ad lectionẽ sacrorũ uoluminũ. et tamen queritur huius sãentiæ professionẽ passim ab indignis arrogari. Hanc, inquit, garrula anus, hanc delirus senex, hãc sophista uerbosus, hãc uniuersi præsumũt, laærant, docent anteq; discant. Tantũ aũt abest, ut in laico probẽ arrogantẽ scripturæ diuinæ professionẽ, ut mihi nec in eruditis uideatur tolerabilis. Quid eni arrogãtius, quã ut homo se profiteatur doctorẽ rerũ

diuinarum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diuinarum? Sed ut profeßio nec ab eruditis usurpatur satis modeste, ita nulli non permittendam arbitror sobriam ac piam uestigationem. præsertim eorum, quæ uitam reddunt meliorem. Porro quum in ijs hortis uaria genera delitiarum nascantur, decerpat sibi quisq; quod commodum est. Consideremus quos auditores habuerit ipse Christus, nonne promiscuam multitudinem, & in hac cæcos, claudos, mendicos, publicanos, centuriones opifices, mulieres ac pueros? An grauetur ab ijs legi, à quibus uoluit audiri? Me quidem autore leget agricola leget faber, leget latomus, legent & meretrices & lenones, deniq; legent & Turcæ. Si hos non submouit à sua uoce Christus, nec ego submouebo eos ab illius libris. Qui scis an ijs quoq; ueniat usu, quod accidit eunucho? Inter ueteris testamenti libros fortassis sunt nonnulli, à quibus sit aut arceas idiotas. Qualis est Ezechiel, & Cantiaum sponsæ, ac penè omnes libri ueteris testamenti, quod in ijs frequenter offendit uel historia in speciem absurda, uel ænigmatum obscuritas. Nec horum tamen lectionem aliquàm interdixero. Hoc arte fructus cœperint; quod instructiores ac paratiores uenient ad ecclesiasticas conciones. & libentius audient. in quibus agnoscent aliqua. & facilius intelligent, quorum iam gustum qualecunq; ceperunt. Quanquàm in libris euangelicis diuina sapientia se mire demittit ad captum etiam infimorũ. ut nemo tam indoctus esse possit, quin ad euan

gelicã

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

celicam philosophiam sit docilis. Tantum ad sit animus, quantumuis rudis, modo simplex, modo purus ac vacuus, ab ijs curis et cupiditatibus, quæ doctissimos etiã Christo reddunt indoales. Idiota priusquàm codicem euangelicum sumet in manum, precatunculas se præparet ad lectionẽ. oret ut optimus ille Iesus, qui pro contemptissimis etiã hominibus mortuus est, impartire dignetur spiritum suum, qui non requiescit nisi super humilem ac mansuetum & trementem uerba ipsius: ac confirmatus consilio Iacobi. Qui indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, nec exprobrat. Dicat cum psalmographo. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Item illud. Seruus tuus ego sum. da mihi intellectum domine. Deinde nihil aliud uenetur in hoc saltu, quàm ut seipso melior euadat. Laborat ignorãtia, obseruet si quid alicũde luas affulgeat. Torquetur odio aut liuore, tenetur libidine, auaritia, ambitione, alióue mentis morbo, hic remediũ quærat, & inueniet. Mœret aliquis, hinc petat lenimen doloris, & discedet alacrior. Hæret ac perplexus est quispiam, non aliunde melius suppetet consiliũ. Tentatur quis et periclitatur, ab euangelio petat præsidium. Sitiet aliquis iustitiam, hic reperiet fontem purissimum. unde qui biberit, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternã. nec amplius sitiet aquas, quæ promuntur è asternis contritis ac turbatis ungulis omnium bestiarum terræ. Si quis esuriet cibum uitã-

lem,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lem, hic est panis de cœlo descendens. unde qui ederit, uegetus ac robustus euadet in Christo, donec occurrat in uirum perfectum, in mensurã plenitudinis Christi. Hic fons est ille paradisiacus, unde promanant quatuor amnes irrigantes uniuersam faciẽ terræ. Hic est panis sermonis diuini, unde Iesus et hodie refiãt promiscuã turbam ad se confluentem, & in desertis locis sibi hærentem. Scio pastorum esse partes, panẽ hunc à Christo fractum, ac traditum distribuere populo. Sed quid si cessent pastores? Quid si uertantur in lupos? Horũ est fodere puteos, et ex ijs haustum liquorem doctrinæ cœlestis porrigere populo, ne siti pereãt in deserto. Sed quid si pastores uersi sint in Philistæos, & uenas aquæ uiuæ obturent iniecta terra? Quid faciet populus? Nimirũ implorabit opem principis pastorũ Iesu. Viuit adhuc, nec deseruit curam gregis sui. Interpellatus publicis suorũ precibus. faciet quod polliciturur apud Ezechielem. Ecce ego ipse requiram oues meas, & uisitabo eas, sicut pastor uisitat gregem suum, in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum, cæteraque quæ sequuntur in hanc sententiam apud eundem prophetam. Oues sunt idiotæ, sed rationales. & ex ijs ouibus fiunt pastores. Ac nonnunquam fit, ut ouis plus sapiat ipso pastore. Proinde, ut non decet laicum seditiose rebellare presbyteris suis, ne confundatur ordo, quẽ Paulus uult esse in corpore Christi, ita non decet sacerdotes exercere tyranni-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rannidem in gregem. Alioqui ijs erit imputanda seditio. Ergo quoties pastores funguntur officio suo, reuerẽter sunt audiendi, tanquàm angeli dei, per quos nobis loquitur Christus. Si in syncere docent, tamen excerpendum, si quid admixtum sit boni. Sin aut omnino assint, aut ea docent, quæ plane pugnant cum Euãgelio. aut si quando per occasionem non est doctoris copia, refiãt suum quisq; animum lectione priuata. E fontibus seruatoris hauriat sibi quisq; quod potest. E panibus sacris decerpat sibi quisq;, quo sanet animũ esurientem. Non deerit Iesu spiritus, uel uni meditanti tale quiddam in nomine ipsius. qui se promisit adfuturum, quoties duo congregarentur in nomine ipsius. Frustra uel sex milia conueniant, si non conueniant in nomine Iesu. Conueniunt autẽ in illius nomine, qui nihil aliud spectant, quàm gloriam principis sui, & salutem æternam. Dicet mihi quispiam. Difficilis est discretio spirituum. et angelus Satanæ nonnunquàm transfigurat se in angelum lucis. Fateor, & eam ob causam, nolim esse præceps iudicium. Sed tamen certissimum cuiq; suffragium est testimonium suæ conscientiæ. Proximum est consensus scripturæ & uitæ Christi. Denique quædam dilucidiora sunt, quã ut oporteat ambigere, aut requirere interpretem. Et tamen hic offenduntur, qui se totos dedicarũt mundo. nõ ob aliud, nisi quod offiaunt institutis uotisq; suis. Quam enim aliã ob causam tam grauis erat pharisæis & scribis Christus,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cuius doctrina nihil erat æquius, cuius uita nihil innocentius, cuius potestate nihil beneficentius? Nimirum iam illi regnum quoddam possidebant. Honorabantur ut docti adorabantur ut sancti, ditabantur affatim. cupiebant eiũ statum esse perpetuum, qui tamen erat sceleratissimus. Et ideo non ferebant lucẽ euangelicæ ueritatis, per quã uidebant autoritatis suæ scenam disuertendam. Huiusmodi si palàm deplorati sint, quantum sit tribuendum, satis indicat Christus. Sinite, inquit, illos, cæci sunt, cæcorũ duces. Certe scripturariũ suariũ penum nulli pio claudit Christus, etiamsi subulcus esset, qui quondam pastoribus impartijt spiritum propheticum. In huius igitur libris uersentur omnes, qui uenantur Christianam philosophiam. Si succedit, age gratias deo. Sin minus, ne protinus abijce animum. quære, pete, pulsa. Quærenti continget ut inueniat. petẽti dabitur. pulsanti aperiet is qui habet clauem. qua sic aperit, ut nemo claudat. sic claudit, ut nemo aperiat. Consule proximum, si quid non assequeris, fortasse per illum tibi loquetur spiritus arcanus, qui non uno modo sese solet inserere mentibus hominum Adsit quidem pia curiositas, & curiosa pietas. sed absit temeritas, absit præceps & peruicax sententiæ persuasio. Quod legis & intelligis, summa fide complectere. friuolas quæstiunculas, aut impie curiosas, dispelle, si fors oboriãtur animo. Dic quæ supra nos, nihil ad nos. Quomodo Christi corpus exierit clauso sepulchro, noli discep-

tare.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pare. tibi satis est quod exijt. Quomodo in sacra mensa sit corpus Christi, ubi ponebatur panis, noli disquirere. tibi sufficiat credere, quod illic est corpus domini. Quomodo filius sit alius à patre, quũ sit una natura, noli scrutari. tibi satis est credere patrem, filium & spiritũ sanctum tres personas, sed unum deum. Sed illud in primis cauendũ, ne scripturã tentes ad tuas cupiditates, tuaq; decreta detorquere. sed ad huius regulam potius tuas opiniones ac uitæ rationem attempera. Alioqui ex huiusmodi fontibus nasãtur asseuerandi peruicacia, nascuntur contentiones, nascuntur dissidia & odia, nascuntur hæreses fidei simul & Christianæ concordiæ ueneua. Neq; tamen protinus arcendi sunt à sacris libris idiotæ si quis exortus fuerit, qui per hanc occasionẽ prolapsus sit in errores. Neq; enĩ istud lectionis uitium est, sed hominis. Nec olim ideo uetitum est Euangeliũ in templis recitari, quod hinc hæretici prisci hauserint errorũ suorum semina. Nec ideo prohibẽtur apes à floribus, quod ex ijs aliquando uenenum sugat araneus. Legant igitur omnes, sed qui uolet cum fructu legere, legat sobrie, legat non osãtanter, uelut historiam aliquam humanam, ad se nihil attinentem, sed auide, sed attente, sed aßidue. Tanquàm pius Iesu discipulus, aßectetur illum per omnia uestigia. obseruet quid agat, quid loquatur, subodoretur, uestiget. scrutetur singula, et reperiet in simplicissima illa rudiq; scriptura consiliũ ineffabile sapientiæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cœlestis, uidebit in illa stultitia dei, si fas est ita loqui, prima fronte humili & contemnenda, quod longe superet omnem prudentiam humanam, quamuis sublimem & admirabilem. Nihil autem illic narratur, quod ad unumquemq; nostrum non pertinet. nihil illic geritur, quod quotidie non geritur in uita nostra: tectius quidem sed uerius. Nascitur in nobis Christus, nec desunt Herodes, qui tenerum adhuc et lactentem conantur occidere. Grãdescit et proficit gradibus ætatũ. Sanat omne morborum genus, si quis modo cum fiducia imploret illius opem. Non repellit ille leprosos, non dæmoniacos, non sanguinis profluuio impuros, non cæcos, non claudos. Nullũ est animi uitiũ tam tetrũ, tam immedicabile, quod ille non tollat, si dicamus illi ex animo: Iesu fili Dauid, miserere. Et, Domine, si uis, potes mundare. Quin & mortuos excitat ad uitam. Docet, terret, minatur, blanditur, consolatur. Habet et nunc Iudæos suos, qui nõ ferunt illius luce obscurari suum Mosen. Habet scribas et pharisæos, qui insidientur. Et utinã nõ habeat plures quã duos Annã & Caiaphã. Habet Iscariotas suos qui sanguinem innoxiũ pecunia uendant. Nec deest Pilatus & cohors, per quã flagelletur, conspuatur, et crucifigatur. Habet interim et pusillũ gregem suũ, ex ipso pendentem. Habet qui dicant: Domine, quò ibimus, uerba uitæ habes. In huiusmodi philosophia profuerit omnibus uersari, quàmlibet idiotis aut illiteratis. Nec deerit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erit sobrie uersantibus unctio, quæ doceat illos de omnibus quæ pertinẽt ad salutem æternã iuxta uaticinium Iohelis. Effundam de spiritu meo super omnem carnẽ, & erunt omnes θεοδίδακτοι, hoc est, diuinitus docti. Paulus non uult prohiberi spiritũ, sed optat ut prophetent omnes. Et Moyses rogatus, ut prohibeat Heldad, & Medad à prophetia. Quis, inquit, tribuat, ut oĩs populus prophetet, & det eis dominus spiritũ suum. Quidã piaculũ arbitrantur, si sacri libri uertantur in linguam Gallicã, aut Britannicã. Sed Euangelistæ non uerituſunt Græce scribere, qd' Christus Syriace loquutus est. Neq; Latini uerituſunt Apostolorũ sermonẽ in Romanam linguam uertere. Neq; Hieronymo religio fuit sacras literas Dalmatice uertere. Equidem cupiam in omnes uerti linguas. Cupit Christus suam philosophiam quàm latissime propagari. Pro omnibus mortuus est. ab omnibus cognosci desiderat. Ad id conducet, si aut illius libri uertantur in omnes omnium gentium linguas. aut principum opera fiat, ut tres linguæ, quibus potißimũ credita est diuina philosophia, discantur à populis omnibus Hoc si paucis annis potuit Romanorũ principum industria, ut Galli, Germani, Hispani, Afri, Aegyptij, Asiani, Cilices, Palæstini, Latine Græceq; loquerẽtur etiam uulgo, nec ob aliud, nisi ut cõmertio linguarum commodius propagaretur imperium non diu duraturũ. quanto iustius hoc nobis curandũ est, quo Christi imperium sine

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sine mansurum, per omnes orbis regiones proferatur. Quod nunc nesão quibus de causis sic in angustum contractum est, nisi quod, ut suspicor, homines sunt, qui malunt sub Christi prætextu regnum mundanum tenere in arcto orbis angulo, quam Christum ipsum toto terrarum orbe regnare. Sed de hoc aliâs fortasse tempestiuius dicetur. Nunc ut quod institui pergam, quur indecorum uidetur, si quisquam sonet Euangelium ea lingua qua natus est, & quam intelligit. Gallus Gallica, Britannus Britannica, Germanus Germanica, Indus Indica? Mihi magis indecorum uel ridiculum petius uidetur, quod idiotæ & mulierculæ psittaci exemplo, psalmos suos & precationem dominicam Latine murmurant, quum ipsæ quod sonant, non intelligant. Ego cum diuo Hieronymo sentiens, atius gratuler gloriæ crucis, magnificũq; cũ primis ac triumphale duxerim, si linguis omnibus ab omni hominum genere celebretur. Si stiuam tenens arator aliquid sua lingua decantet è psalmis mysticis. Si textor assidens telæ, nonnihil ex Euangelio modulans soletur laborẽ. Hinc nauclerus affixus clauo cantillet aliquid. Deniq; ad colum sedenti matronæ, sodalis aut cognata hinc recitet aliquid. Quid alienius à mysterijs prophetarum, quàm eunuchus ille Candaces reginæ, in regia nutritus, muliebribus obsequijs addictus. deniq; Aethiops, qua gente uix ulla effœminatior. Tamen dum ut delicatus curru uehitur, legit Esaiam de Christo uaticinantem. Nõ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tem. Nõ intelligebat scripturæ sensum homo prophanus & idiota. & tamen, quoniam pio studio legebat, subito mittitur illi Philippus interpres. uertitur eunuchus in uirum, tingitur aqua, et ater Aethiops, niueo agni immaculati uellere induitur. sublitoq; ex mancipio prophanæ regnæ, fit seruus Iesu Christi. Iam quod tam multos habemus Christianos adeo rudes, ut nõ multo plus teneãt sapiẽtiæ Christianæ, quã ij qui sunt à Christiana professione alienissimi, magna ex parte imputandũ arbitror sacerdotibus. Videor q; mihi uidere uiam, qua fieri possit, ut posthac paulominus inidoneos habeamus sacræ lectioni, uidelicet, si summa fidei ac doctrinæ Christianæ, lucida breuitate, & docta simplicitate proponeretur quotannis populo Christiano. Et ne uitio concionatorũ deprauaretur aliquid. Libellum confici uelim à doctis & integris uiris, qui multitudini uoce sacerdotis recitaretur. Eum conuinnari cupiam non ex humanis lacunis, sed ex fontibus euangelicis, ex apostolicis literis, ex symbolo. quod an ab apostolis proditum sit, nesão. arte maiestatem ac puritatem apostolicam præse fert. Hoc, opinor, non intẽpestiue fieret ferijs paschalibus. Atq; hoc præstaret, opinor, quàm populum ineptis, nonnunq; & obscœnis iocis ad cachinnos conãtare. Quem morẽ, nesão quis cacodæmon inuexit in ecclesiam. Nam & si populus aliqua uoluptate retinendus est, atq; etiam excitãdus nonnunquã, tamen huiusmodi ludicris excitare risum,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

faurrarum est, non Theologorum. Quin & illud mihi uidetur non mediocriter ad hanc rem conducturum, si pueri baptizati, quũ iam ad pubertatem peruenerint, iubeantur huiusmodi concionibus adesse, in quibus illis dilucide declaretur, quid in se contineat professio baptismi. Deinde diligẽter priuatim examinentur à probis uiris, satis ne tenẽat, ac meminerint ea quæ docuit sacerdos. Si comperientur satis tenere, interrogentur ratum ne habeant, qd' susæptores illorũ nomine polliciti sunt in baptismo. Si respondeant se ratum habere, tum publice renouetur ea profeßio, simul congregatis æqualibus, idq; ceremonijs grauibus, aptis, castis, serijs, ac magnificis, quæq; deceant eã professionem, qua nulla potest eße sanctior. Quid enim sunt humanæ profeßiones, nisi simulachra quædam huius sanctissimæ professionis? Norũt monachi suas professiones huiusmodi ceremonijs imitaticijs commendare populo, & sic agunt hanc fabulam, ut nõnunquam erumpãt lachrymæ spectatoribus. Quanto magis id facere cõuenit in hac longe religiosissima professione, qua non homini, sed Christo damus nomina, nec iuramus in regulam Francisci aut Benedicti, sed in regulam euangelicam? Ita fiet ut adolescentes intelligant, quid principi suo præstare debeant, & quibus studijs eniti ad ueram pietatem. Et interim maioribus etiam succurret, quot modis à suis uotis exorbitarint. Aguntur nunc in templis quibusdam comœdiæ, mihi non prorsus

improba-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

improbatæ, de Christo resurgente, de ascendente in cœlum, de misso spiritu sancto. Quàm uero magnificũ esset hoc spectaculum, audire uocem tot iuuenum, sese Iesu Christo dedicantiũ, tot tyronum in illius uerba iurantium, abrenunciantiũ huic mundo, qui totus in malicia positus est, abiurantiũ & exibilantiũ Satanam cum omnibus pōpis, uoluptatibus et operibus ipsius? Videre Christos nouos, imperatoris sui signum gestãtes in frontibus? uidere gregẽ candidatorũ prodeuntẽ à sacro lauacro? Audire uocẽ reliquæ multitudinis, acclamantis beneq; ominantis Christi tyronibus? Hæc sic publice fieri uelit ut nihilo segnius interim ab ipsis statim in cunabulis priuatim ac publice Christi doctrinam imbibant, quantum fieri potest. Quæ quidem hoc plus habebunt autoritatis, si tractentur per ipsos episcopos, non per parochos, aut conductos suffraganeos. Hæc si fierent, quẽadmodum oporteret, aut ego fallor, aut haberemus aliquanto synceriores Christianos quàm habemus. Verum hic geminus existet scrupulus. primum quod uideatur iterari baptismus, id quod fas non est. deinde quod periculum sit, ne quidam audita professione non approbent quod gestum est per uicarios. Prior ille facile diffutitur, si hæc sic gerantur, ut nihil aliud sint, quã instauratio quædam ac repræsentatio pristini baptismi. quod genus est, quũ aqua sacra quotidie conspergimur. Posterioris difficilior est solutio. Sed omnia tentãda sunt, ne quis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

resiliat à prima fide. Quod si non potest obtineri, fortassis expediet illum non cogi, sed suo relinqui animo, donec resipiscat. nec ad aliam interim uocari pœnam, nisi ut ab eucharistia sumenda reliquisq; sacramẽtis arceatur. Cæterum nec à sacris, nec à concionibus excludatur. Atq; etiam libellos de philosophia Christiana conscriptos passim circumferri uelim, in quibus purus ille Christus depictus sit. non ceremonijs Iudaicis, non cõmentis aut decretis hominum obnubilatus. deniq; non tetricus & asper, sed ut est blandus & amabilis. Huiusmodi rudimentis qui fuerint instituti, non uenient omnino rudes ad lectionem sacrorum uoluminum. Nunc multi sunt quinquagenarij, qui nesciant quid uouerint in baptisma. qui ne somniarint quidem, quid sibi uelint articuli fidei, quid precatio dominica, quid ecclesiæ sacramenta. Hoc ita esse sæpenumero deprehendimus, uel ex familiaribus colloquijs, uel ex arcanis confessionibus. Sed hoc magis deplorandũ, quod pleriq; sacerdotes huiusmodi sumus, ut nunquã serio cogitauerimus, quid sit esse uere Christianum. Titulo, consuetudinibus, ceremonijs Christiani sumus magis, quã ex animo. Aut inopia sacẽtiæ non habemus, quod doceamus populum. aut cupiditatibus mundanis corrupti, nostrum negociũ agimus potius quã Iesu Christi. Quid igitur mirum, si in tenebris uersatur populus, quum ij quoq; tenebricosi sint, quos oportebat esse lucem mundi, quum ipsi nihil Christo dignum sa-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gnum sapiant. quos conuenuebat esse salem terræ, quum ipsi cæcutiant. quos oportebat esse luernam toti domui lucentem, quũ sordidis lucris ac uoluptatibus immersi sint. quos oportebat esse ciuitatẽ in edito monte sitã, quæ monstret uiam errãtibus. Atq; utinã nõ essent tam multi, in quos uere dicã posset illud Esaiæ. Speculatores eius cæcã omnes, nesaerunt uniuersi canes muti, non ualentes latratre, dormientes & amantes somnia, et canes impudentissimi nesaerunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in uiam suam declinauerunt, unusquisq; ad auaritiam suam. Item illud Hieremiæ. Grex perditus factus est populus meus. pastores eorum seduxerunt eos. Rursus Ezechiel magna libertate destomachatur in pastores uersos in lupos, qui pascentes semetipsos, gregem infelicem dissipant ac laniant. Sed alijs item in locis frequens querela est apud prophetas de pastoribus, quod ab ijs fere proficiscatur calamitas populi, teste Zacharia propheta. Affligẽtur quia non est eis pastor. Nonnunquã merentur hoc peccata populi, ut deus patiatur regnare hypocritam & idolũ loco pastoris, quando iuxta Paulum auersantur sanam doctrinam, & asãsant sibi doctores, qui grata doceant magis quã salutaria, nimirũ pruriẽtibus auribus. Tunc datur dignum patellæ cooperculum. & iuxta prophetã Osee fit, ut talis sit populus, qualis sacerdos. Habet enim grex popularis lupos, uulpes, pardos alias q; noxias fe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ras admixtas. Sed tamen magna ex parte ex ouibus constat populus. Rudes sunt, simplices & indocti, tamen uti les domino, si fidi pastoris cura regantur. Horum uicem doluit optimus ille pastor, qui nihil uult perire de grege suo, qui ouiculam erraticam multo labore quæsitam in montibus, reduxit in humeris suis. Siquidem is quum uideret ingentem hominum multitudinem, simulq; considerarret, q̃ non agerent pastores, qui tum erant sacerdotes, scribæ & pharisei, commotus est misericordia, quod essent uelut oues disiectæ ac destitutæ, non habentes pastorem. Felix ille populus, quẽ suo intuitu dignatus est Iesus. Non est otiosus illius aspectus, nõ habet oculos fascino noxios, sed uirtute diuina salutiferos. Intuitus est Petrũ abiuranteṁ, & resipuit. Ac primum intuitus eum, nouato nomine, ominatus est illi fidei soliditatem. In monte intuitus est suos discipulos, et inhæsit animis illorum doctrina cœlestis. Quid igitur fratres? Demus operã, ut simus oues omnem deponentes malitiam superbiã, iracundiam, nihil horum competit in oues, ac precibus sollicitemus benignissimũ Iesum, ut oculos suos dignetur & in nos deflectere. Pastor est bonus, miserebitur nostri. & aut mittet operarios in messem suam idoneos, si modo id postulemus à domino messis, quemadmodum legimus apud Matthæum, aut ipse docebit nos, quemadmodum scribit Marcus. Et cœpit, inquit, illos docere multa, nec docuit solum, uerum etiam totam illam multitudinẽ

quam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quam pharisæorum tyrannus sinebat perire fame, panibus saturauit in deserto. Non desinit & hodie suos docere Iesus, non desinit pascere, qui relictis urbibus ipsum sequuntur in deserta. Effudit olim spiritum suum in discipulos. neq; nunc est abbreuiata manus domini, neq; defeat spiritus illius uis in animis piorum. quem ut mereamur accipere, faciamus quod olim fecerunt discipuli. Cõscendamus in cœnaculũ, animos procul submouentes à sordidis rerum fluxarum curis. Simus concordes, unanimiter perseuerãtes in deprecationibus, si uelimus audiri uota nostra. Eadem sit omnium uox, eadem mens, idem conatus. Petamus in nomine Iesu, & audiet nos pater cœlestis. Nunc quibus dissidijs, quibus contentionibus tumultuatur sine fine populus Christianus? Nec ulla ex parte tranquillitas est. Exitialibus bellis conflictantur principes prophani. bellorũ undis inuoluũtur et proceres ecclesiastici. Populus perniciosis odijs inter se cõmittitur. Quin et fidei syncerities, uarijs modis uiolatur, pax Christiana distrahitur. Non ego nũc in hanc aut in illam partem pronuncio, ubicũq; dissidium est, ibi diabolus est. Quis unquã uidit uel atrociores, uel diuturniores bellorum tumultus inter ethnicos, q̃ annis iã aliquot uidemus inter Christianos? Vt ne causas interim excutiam. Quando sic undis iactata est ecclesiæ nauis? Quur non horum malorũ causas inuestigamus, quo cognito fonte pestis huic facilius medeamur? Equidem apud Euangelistas

reperio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

reperio bis periclitatã nauim apostolicam, semel noctu quum abesset Iesus, quemadmodũ legimus Matthæi capite decimoquarto. Nauicula, inquit, in medio mari iactabatur fluctibus. Quid autem mirum in ecclesia nasci tumultus, si ibi non adsit Iesus? Quoties abest spũs Christi, tunc spiritus illi huius mundi misere iactant ac uexant nauicula m. Quid mirum illic non esse salutiferum consilium, ubi tantæ sunt tenebræ, ut Iesum aduenientẽ non agnoscant, & ad seruatoris aduentũ expauescant, suspicantes esse phantasma noxium. Et nisi Iesus illos noua uoce compellans, iussisset esse bono animo, metu fuerant exanimandi. Ibi Petrus tutus esse iudicauit in fluctibus esse cum Iesu, quã in nau periclitante. Imitemur fidem Petri, & Iesus ilico reuersus in nauim, sedabit omnem tempestatem. Rursus periclitatur nauis apud eundem Euangelistam, capite octauo. præsente quidem Iesu sed altum dormiente. Nam & caput innixũ fuisse ceruicali, addit Marcus, nec temere adiecit id factum fuisse in puppi nauis. Vis aũt audire quantũ sit periculi dormire Iesum? Facta est, inquit, procella magna uenti, & fluctus mittebat in nauim, ita ut impleretur nauis. aut, ut Matthæus narrat, operiretur fluctibus. Horribilis uentus ambitio, pestilens uentus auaritia, pernicio sus uentus uoluptatum amor, cæteræq; cupiditates rerum mundanarum. Hi uenti cient hos motus, sicut fluctus bellorũ ac dissidiorum inundent in ecclesiam. Fitq; ut periclitetur

non solũ

non solum nauis, in qua erant apostoli, sed cæteræ quoq; quæ Iesu nauim comitabãtur. addit enĩ Marcus. Et aliæ naues erant cum eo. Quid autem sibi uult somnus Iesu? Vtinam non ille tam sæpe dormiret in animis pastorum, qui locum in puppi tenent, totius nauis honoratissimum ubi conuenit esse nauclerum, qui temonem moderetur. Quid sibi uult æruical capiti suppositum? Nõne is erat qui dixit. Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet? Quid aũt est, non habet ubi caput reclinet? Certe diuersorium habebat Iesus, & consentaneũ est illi non defuisse aulatrã in qua dormiret. Sed q; nihil habet in hoc mundo, ac inuixus animis acquiescat, sed totus inuigilat studio rerum cœlestium, is non habet ubi caput reclinet. O quàm molle æruical est ambitioso, summus honos tandem per fas nefas q; obtentus? Quàm dulce æruical est admiratori diuitiarum res domi pulchre aucta & constabilita? Qui sic fungantur magistratu, ut non sibi gerant, sed alijs. qui cogitant episcopatum opus esse non regnũ, his non est æruical quod ad somnum inuitet, sed crepitaculum potius, quod non sinat obrepere somnum. Nunc quosdam uidemus successu rerum mundanarum sic delinitos, ac pene dixerim ebrios, ut non æruicali, sed mandragoræ, quod aiunt, indormire uideantur. Hinc nimirum illa periculosa rerũ tempestas, quia Christus dormit in nobis. Verum in tanto discrimine, quod ad uniuersos pertinet, quid consilij fratres? Solent enĩ nauclerí,

cleri, aiuslibet etiam consilium admittere in magnis tẽpestatibus. Vnde potius consilium sumamus, q̃ ab Euangelio? Diffisi præsidijs nostris, inclamemus Iesum, pulsemus aures illius, uelliæmus donec expergiscatur. Sic excitari & potest & cupit. Dicamus illi flebili uoce, Domine, tua non refert, si pereamus. Dicamus cum summa fiducia, Domine, serua nos, perimus. Ille ut est exorabilis, audiet suos, suoq; spiritu repente sedabit tempestatẽ mũdano spiritu excitatam. Dicet uento, quiesce. Dicet maritiæ, obmutesce. Quid autem consequutum est. cessauit uẽtus, et facta est tranquillitas magna. Quamdiu nauis ecclesiæ uentorum arbitrio iactatur, in summo uersatur discrimine. Et si datur aliquando temporaria tranquillitas, rursum aliunde obortus uentus renouat tempestatẽ. Si conquiesat ad tempus Auster auaritiæ, surgit Aquilo superbiæ, si uoluptatum Zephyri cessant, exoritur Boreas iracũdiæ. Assequutus sum hoc aut illud, cuius gratia diu gladiabar, mox obijcitur aliud, cuius gratia nouũ et atrocius certamen susciam. Nam mundanarum cupiditatum nullus est finis. Hi uenti sedari non possunt, nisi illis cõminetur Iesus. Omnes igitur in commune cõsultamus trãquillitati Christiani nominis. Exuamus priuatas quisq; cupiditates. Ea concordibus animis spectemus, quæ digna sint animo professioneq; Christiana. Populus sese componat ad studium ueræ pietatis, & consentientibus pariter atq; ardentibus uotis solliciet Iesum Christũ, ut prin

cipum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

apum animos uertat ad consilia pacis. Principes autem, præsertim ecclesiastiæ, sic instituant consiliorum rationes, ut synæra consæentia non aliud moliantur, q̃ ut per fidem, charitatem, pietatem, concordiam, per rerum mũdanarum contemptum, per rerum cœlestium amorem q̃ latißime regnet, floreat & imperet Christus. Ita demũ ucre magni principes erunt, si illorum autoritas seruiat æternu principis gloriæ, & Christiani gregis utilitati. Ita felix erit populus, si talibus principibus, uelut ipsi Christo obtemperet. Alioqui si pergimus intestinis conflictationibus nostras ipsorum uires atterere, periculum est, ne deus peccatis nostris offensus immittat nobis aliquem Nabuchodonosor, qui durioribus remedijs doceat rectius sapere. Concordia coniunctos proteget deus, dissidio segregatos contemnent hostes. Nunq̃ autẽ coibit concordia, si suum quisq; ius mordicus tenere uoluerit. nec unquàm erit firma diuturnáue pax, nisi ueris solidisque rationibus conglutinetur. Non est perpetuũ quod terroribus ac minis conficitur. Non est firmũ quod humanis technis obliquisq; consilijs texitur. Nisi Christus intersit consilijs nostris, etiamsi malum prematur ad tempus, mox tamen erumpet maiore cum orbis pernicie. Bene uale lector. Hæc adieci, quod Typographus quereretur, alioqui paginas aliquot fore uacuas, quas nolui nugis prorsus inanibus explere. Basileæ postrid. Id. Ianu. Anno M.D.XXII.

In Euan

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

IN EVANGE-
LIVM MATTHAEI PARA-PHRASIS PER ERAS. ROTEROD.

I MORTALES TAM *ardẽtibus studijs amplectuntur librum humana proditum industria, qui uel tuendæ sarãendæ ue ualetudinis rationem, uel augendæ rei familiaris uiam, uel aliã aliquam disãplinam ad terrena modo commoda conduãbilem polliãtur, quanto flagrantioribus studijs hic liber est ab omnibus exãpiendus, cuius utilitas ex æquo pertinet ad omnes, nec humana commoda, moxq; peritura promittit. Sed cœlestem philosophiam à cœlesti doctore Iesu Christo mortalium generi traditam docet, & huius admirabile præmium polliãtur, non opes, non regnum, non uoluptates, sed ueram atq; æternam feliãtatẽ atq; ad hanc expeditam ac fãilem omnibus uiam commonstrat, & autorem indiãt, per quẽ nulli non est parata salus, extra quem nulli est sperãda salus. Quis aũt est hominũ quem non exãtet tanti boni certa spes. quantum uis barbarus sit aut idiota? Hanc feliãtatem quam*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nec humanus conatus, nec laboriosa philosophorum industria, nec superstitiosa gentium religio, nec Mosaicæ legis quamlibet diligens obseruatio præstare potuerunt ad plenum, deus omnium rerum & uisibilium & inuisibilium conditor, seruator, moderator ac uindex, olim per omnium prophetarum ora, quos spiritu suo cœlesti afflauerat, toti quidem orbi, sed peculiarius Iudaicæ genti, quæ tum ecclesiæ Christianæ, mox per orbem uniuersum propagandæ, gerebat imaginem, uarijs figurarum inuolucris atq; umbris designans, ac ueluti præludens quicquid nunc per filium suum Iesum Christum sublatis ænigmatis palàm exhibuit mundo, qui sic huius gratuitæ felicitatis nuntius fuit, dei patris nomine legatum agens in terris, ut idem esset & philosophiæ salutiferæ doctor, ipse exemplar, ipse præmij & pignus & sponsor & autor. Passus est enim deus arcano suo & humanis ingenijs inscrutabili consilio mortalium genus suæ stirpis autorem primũ ingenio referens, & ad uitia proclive, diu falsis religionibus, uarijsq; uitæ uicijs, & improbis cupiditatibus inuolui, quo tempore hoc optatissimo, quod diuina sapientia rerum omnium moderatrix sibi præscripserat, uniuersi tanto magis sitientibus & consentientibus animis hanc uere salutiferam & efficacem philosophiam amplecterentur, posteaquàm compererissent sese, neq; per ea commoda præsidiaq;, quæ mundus hic præcipua pollicetur, neq; per tot philosophorũ

accurata

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

accurata dogmata, neq; per tot religionum species, [redacted] ad uerã pietatem ueramq; feliciatem potuisse pertingere, imò hoc magis inuolui uicijs & cupiditatibus, quo uehementius humanis freti præsidijs contenderent ad innocentiam ac feliciatem. Proinde si Iudæi, quos maxime conueniebat amplecti quod toties promissum, tot seculis exoptatum offertur, soli negligunt tantum bonum, quod gratis exponitur omnibus, maluntq; soli carere, quàm habere cum cæteris communne, non est quod cuiquam imputent interitum suum, nisi suæ incredulitati. Illis potissimum hæc futura cecinerunt sacrorum uatum oracula, illi cominus conspexerunt Christum edentem miracula, cominus audiere doctrinam euangelicam, illis primum annunciauimus regnum cœlorum. Cæterum quosqunque tedet uitæ prioris, quotquot amant ueram innocentiam, quicunque desiderant ueram, solidam, & nunquam auferendam feliciatem, hoc Euangelium, hoc est, optabile ac lætum nuncium lætis & alacribus animis excipiant, siue Græci sint, siue Iudæi, siue Romani, siue Scythæ, siue Galli, siue Britanni. Vt deus non est tantum Iudæorum deus, sed ex æquo communis omnium, quemadmodum sol unus & idem est mundo communis, ita Iesus Christus huius filius omnibus seruandis uenit, omnibus mortuus est, omnibus resurrexit, omnibus ascendit in cœlum, omnibus suum emisit spiritum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nullum repellens, neq; ob generis, neq; ob ætatis, sexus conditionis aut uitæ discrimen. Semel per illius mortem in sacro lauacro demerguntur uniuersa peccata uitæ prioris. nec imputantur quamlibet atrocia crimina, pro q̃bus dependendis innocens ille semel est mortuus, modo quod reliquũ est ætatis ad Christi regulã, hoc est euangeliam doctrinam exigatur. A baptismo cœnsetur Christianus. Ad id præstandũ ipse largietur gratuitam opẽ suam, qui perseuerantibus largietur & præmia. Non exigit à quoquam onus legis Mosaicæ, [redacted] Et hactenus quidem uiuaꝰ uoce tradidimus Euangeliũ optima fide, cõmunicantes omnibus, quæ uidimus oculis nostris, quæq; audiuimus auribus nostris. Cæterum quoniam periculum est, ne negocio latius indies sese dilatante, uel uariet narratio per multorum manus obambulans, uel apud aliquos minus inueniat fidei sermo quã liber. Ad hæc quo facilius permanet ad omnes scriptura quàm uox, summam totius negotij, quod satis est ad parandam salutem, hoc uolumine complectar, natiuitatem, doctrinam, miracula, mortem ac resurrectionem. Ac primo quidem loco Iesu Christi genealogiam recensebimus, exordium capientes, non à

Liber generationis.

summo

summo capite, sed à Dauid & Abraham, uel quod horũ duorum memoria celeberrima pariter & gratiosissima sit apud Iudaeos. Siquidem Abraham genuis autore gloriantur imprimis, & Dauid rex tantopere laudatus ore diuino, hoc magis insidet illorum mentibus, quod huius recentior etiam sit memoria, uel quod his duobus potissimum promissus sit ille tot seculis expectatus Christus in Hebraeorum oraculis, quibus summam habent fidem, etiam illi, qui Christo repugnant. Siquidem in libro geneseos sic Abrahae loquitur deus, promittens fore, ut ex ipsius stirpe nascereturolim, auius gratuito beneficio nõ solum natio Iudaeorum, uerumetiam omnes totius orbis populi, non per circumcisionem, quae tum nondum erat nata, sed per fidem Euangelicam in ius & charitatem filiorum asciti, coelestis regni cõsortium unà cum Christo sortirentur. In semine inquit tuo, nimirum Iesu Christo, benedicentur omnes gentes. Porrò Dauid ita loquitur in psalmis mysticis. De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Id q̃; praecipue facemus Iudaeorum caussa, ne ut est rebellis ac difficilis ad credendum natio, quum ex oraculorum autoritate, quibus abunde fidunt illi, persuasum habeant Messyam uenturũ fuisse promissum, tergiuersentur, causantes alium seruatorem expectandum, nec hunc esse quem illa promiserant. Siquidem illorum pleriq; quoniam terrenarum rerum cupiditatibus obcaecatos habent animos, pro suo carnali crassoq; affectu,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non recte interpretantes oracula uatum, præpotentem quempiam ac magnificum regem sibi polliœbantur, qui copijs, armis, opibus, similibusq; mundi huius præsidijs inuictus, gentem suam ad diuitias, ad honores, ad imperium eueheret, orbemq; totum Hebræorum ditioni subigeret. At Christus quanquam est omnium rerum dominus, non ideo uenit in mundum, ut unicam gentem, ex qua iuxta corpus assumptum erat nasciturus, terrenis bonis locupletaret, sed ut omnes totius orbis nationes ad ueras opes, nec unquam interituras eueheret, easq; bonis cœlestibus in æternum bearet, patiendo, moriendoq; uincæret mortis tyrannidem, beneficio subigeret rebelles, gladio spiritus iugularet monstra uitiorum, rebellesq; motus cupiditatum, & expugnatis ijs, quæ pugnant aduersus spiritum dei, de suo conferret nobis iustitiam & innocentiam. deniq; ut spirituale regnum nobis armis spiritualibus uindicaret. At nõ habebunt isti posthac quod tergiuersentur, ubi uiderint in hoc quem nos uenisse sãmus, & prædicamus, omnia cõsentire, quæ sancti prophetæ spiritu cœlesti afflati in sacris libris ante tot seæula de eo magno consensu prædixerant, genus, familiam, natiuitatis modum, uitam, doctrinam, miracula, afflictiones, & ignominias, mortis genus, sepulturam, resurrectionem, ascensum in cœlum, spiritum sanctum è cœlo demissum, prodigiosas apostolorum linguas, gentiũ conuersionem, reliquaq; quæ post facta uidimus, & quotidie

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tidie fieri uidemus, per Christi nomen profitentes. Denique consentire & tempus ipsum, quo prædictus est aduenturus. Neq; solum hæc omnia prædicta sunt prophetarum oraculis, uerum etiam patriarcharum factis adumbrata. Hæc quum illi teneant, si conferant cum his quæ nos gesta nundamus, intelligent se frustra expectare Messyam alium ab hoc quem nos prædicamus. Semel aduenit humilis & abiectus iuxta speciem humani corporis (sic enim illum uenturum prædixerat Esaias) sua morte liberaturus uniuersos à mortis tyrannide. Idem rursus adueniet in fine seculorum, non iam seruator, sed iudex omnium uiuorum ac mortuorum. Nunc ab illius beneficio nullus hominum excluditur. Tunc illius iudicium nullus effugiet. Sed tunc læti uidebunt iudicem æterna præmia largientem, qui nunc mansuetum & exorabilem seruatorẽ non aspernantur. Hic est igitur unicus ac uerus ille Messyas, cuius genealogia sic habet. iuxta corpus humanum, quod nostra caussa assumpserat, per hunc enim erat exoritura noua natio, non carnalis, sed spiritualis, quæ non tam terras impleret, quàm cœlum, quæq; non humano semine, sed euangelica fide propagaretur cœlesti semine sermonis diuini. Huius primàpem ac progenitorem mystico quodam typo repræsentabat Abraham, qui nondũ prodita lege circumcisionis iustitiæ laudem meruit, non apud homines, sed apud deum, nec ex obseruatione legis, sed ex synceritate fidei, qua nihil

Abraham aũt genuit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

addubitauit de promissis diuinis, quanquam naturæ uires superarent. Et ob hanc fiduciã dictus est pater multarum gentium, quæ ad illius exemplũ crederent euangelio Iesu Christi. Is iam ob senium defecto corpore, ex uxore item effœta genuit promissum Isaac, qui & ipse Christi typum gessit, ligna baiulans ad sacrificium, cui erat ipse destinatus. Isaac genuit Iacob, qui quum esset natu minor, tamen excluso fratre maiore, consequutus est hæreditatem, iam tum typum gerens ecclesiæ ê gentibus congregandæ, quæ Iudæis exclusis quotidie magis ac magis inualescens, occupat Euangelij gratiam, per fidem, qua Iudæi se per diffidentiam reddunt indignos. Sic enim loquitur deus, Iacob dilexi, & Esau odio habui Et huius nominis mentio frequens est in prophetarum uaticinijs. Iacob genuit Iudam, qui tribui nomen dedit, ê qua Christus prædictus est exoriturus, cuiusq; titulo promissa est noua lex euangelica. Sic enim loquitur Hieremias. Ecce dies ueniunt dicit dominus, & disponam domui Iudæ & domui Iacob, testamentum nouum. Nec hunc solum genuit, quanquam hic potissimum merebatur in hoc catalogo recenseri, sed & alios undecim Iudæ fratres, qui singuli singulis tribubus Israëliticæ gentis indidere cognomina. Porrò Iudas sustulit gemellos, Phares & Zaram, non ex uxore legitima, sed ex Thamar nuru sua, quæ prius nupserat Her primogenito Iudæ, cui cum non præstaret Iudas, quod recœperat,

uidelicet

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uideliæt fore ut nuberet, Sela fratri mariti defuncti, iuxta legis præscriptum, mulier nimium prolis auida, sumpto meretriãs habitu, uelataq; facie, dolo suffurata est conubitum Iudæ socerisui, ac post arrabonis indicio, quem ab eo priusquã coitum admitteret, sumpserat, geminam prolem patri iam ad pœnam uocanti uindicauit. Res gesta non uacat crimine, sed tamen latens sub inhonesto tectorio mysterium ad euangelij negocium facit. Quemadmodum & Phares ecclesiæ & synagogæ gessit imaginem, qui fratrem porrecta manu prius ex uteri latebris exire parantem anteuertit. Ex hoc natus est Efrom, ex Efrom natus est Aram, ex Aram Aminadab, ex Aminadab Naasson. Atq; ex hoc Salmon, Salmon sustulit Boos ex Rachab. quæ tametsi non esset Iudaicæ gentis, sed Chananeæ, tamẽ obseruatos explorators à Iesu duæ missos, proditamq; ciuitatem Hiericho, locum meruit in eorum catalogo, qui per fidem cõmendabiles redditi sunt deo, & exempta meretricio ordini, cooptata est & insita populo dei, nupta marito Iudaicæ gentis, iam tum adumbrans peccatores & gentes à cultu dei alienas, fidei merito Christo copulandas. Boos item filiũ habuit Obeth ex Moabitide Ruth, quæ & ipsa uelut abdicata patria, & affectibus corporeis, maluit inseri populo Iudæorum, hoc est, Christi doctrinam profitentium, uideliæt iam tum typis & umbris præludentibus, nullum hominum genus ab euangelij cõ

 sortio sub=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sortio submouendum, modo fidem adferat, & animum ueræ pietatis auidum. Ex Obeth proditus est Iesse, idē dictus Isai, cuius nomen non tacet uatiniū Esaiæ de Christo. Exibit, inquit, uirga de radice Iesse. Ex hoc progenitus est Dauid ille deo charus, rex & idem propheta, conditor urbis Hierosolymitanæ, nobilis interfecto Goliad. & ex humili pastore gregis ouilli, nutu dei consecratus rex Israëlitarum, submoto Saule rege impio. Ex huius stirpe tota gens Hebræorum expectabat exorituru Christum, quemadmodum prædictum erat à uiris afflatis deo. Atq; hic quoq; multis nominibus repræsentauit imaginem Christi nepotis sui. Dauid genuit Solomonem illum pacificum, ac templi dominici constructorem. genuit autem ex adamata Bethsabee, quam Vria marito priore, per dolum occiso, sibi matrimonio copularat, non absq; scelere, si nihil spectes præter historiæ superficiem, at rursus non absq; præsagio futuri, si mysteriū scruteris. E Solomone natus est Roboam, ex hoc Abias, ex Abia prognatus est Asa, ex Asa Iosaphat, unde prodijt Ioram, atq; ex hoc Ozias. Ex Ozia natus est Ioatham, ex Ioatham Achas, ex Achas Ezechias, ex hoc Manasses. Ex Manasse satus est Amon, ex Amon Iosias, ex Iosia Iechonias, reliquiq; Iechoniæ fratres, sub id tempus, quo Nabugodonozor tyrānus, exusto templo, quod erat Hierosolymæ, regem ac populum Hebræum captiuum transtulit in Babylonem, figuris nimi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ris nimirum portendentibus, diaboli tyrannidem in genus humanum, & libertatem Christi beneficio restitutam. In hoc rerum confinio, cum iam ageretur de restituendo suis sacris, ac sedibus populo dei, Iechonias genuit Salathielem, Salathiel Zorobabelem, Zorobabel Abiud, ex Abiud proditus est Eliachim, ex Eliachim Azor, ex Azor Sadoch, ex hoc Achim, ex Achim Eliud, ex Eliud Eleazar, ex Eleazare Matthan, ex Matthan Iacob. Atque hic Iacob pater fuit Ioseph, cui nupsit Maria mater promissi seruatoris omnium Iesu, quē Hebræi uocant Messyam, hoc est, Christum, siue unctum, quod hic omnium rex, idemq; summus sacerdos, solus deum patrem uicijs humanæ gentis offensum, sui corporis uictima placarit, ac depulsa mortis tyrannide, cœleste regnum omnibus aperuerit. Nupsit autem pudica pudico, castissima casto, ex eadem tribu familiaque, uideliet Dauid, iuxta diuinæ legis præscriptum, ne quis hanc stirpis seriem nihil habere momenti putet ad declarandam originem Christi. Quod si cui libebit etiam temporis rationem subducere, quod digestis hebdomadarum gradibus ante tot annos descripsit Daniel, comperiet & hic prophetarum præsagia, cum euentu rei consentire. Summa igitur totius genealogiæ constat tribus tesseradecadibus. Etenim si suppites ab Abraham patriarcha usque ad Dauid regni florentis autorem, reperies generationes quatuordecim.

Rursum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Rursum si à Dauid usq; ad regni deliquium, hoc est, ad exilium Babylonicũ, reperies quatuordecim. Rursum si ab hoc tempore, usq; ad Christum, nouæ generationis euangelicæ, nouiq; regni primipem & clausulã, reperies quatuordecim. Hactenus Christi genealogiam bona fide reddidimus, quo constet omnibus hunc ipsum esse, quem olim oracula prophetarum orbi promiserãt, tot argumentis in unum consentientibus, ut casu gestum uideri non possit, simulq; constet illum uerum fuisse hominem, qui ex notis maioribus iuxta carnem genus duxerit. Sed quanquã homo natus ex homine, qui in hoc uenerat, ut humanum genus sua morte redimeret, tamẽ haud quaquã natus est iuxta cõmunem ac uulgatũ nascentium morem. Decebat enim, ut qui uenerat è cœlis, qui uocabat ad cœlos, qui nihil nisi cœlestia docebat ac polliebatur. denuq; qui post tot prophetas ac doctores in hoc legatus est, ut semel noua faceret omnia, uero quidem corpore, sed tamẽ nouo modo prodiret in mundũ, & ita docereturuera hominis natuitas, ut tamen deo digna uideretur. Atq; hoc futurũ prædixerat Esaias ut quoniam homines ad ista uulgata naturæ miracula propter assuetudinem dormitabãt, deus nouum miraculum ederet, idq; in terris, quo magis esset omnium mortaliũ sensibus expositũ. Natus est homo uerus, ac mortalis, sed idem deus & immortalis. Natus est homo ex homine, sed ex uirgine. Natus est ex progenie generis humani prim-

Christi aũt generatio sic erat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ni primapis Adæ, sed absq; labe. Natus est ex matrimonio, sed ita, ut opificium conceptus non fuerit marii, sed spiritus sancti, qui modo nequaquã enarrabili de substãtia uirginis illibatæ, uelut in tẽplo cœlesti numini sacro, peregit fœtus inaudita formationẽ, huiusq; negocij dispensationem ita temperauit admirabili consilio, ut rem incredibilem œlaret impios, & pijs animis certissimis argumentis persuaderet, cuius nulla mortalis eloquentia fidem facere potuisset. Quum igitur è parentum arbitrio, sed horum animos moderante numine, sanctissima uirgunaula, huic tanto mysterio ab æterno destinata, futura mater Iesu desponsa suæ tribus, probato uiro, nomine Ioseph, cum eo domesticam ageret consuetudinẽ, priusquã connubialis congressus inter eos interceßerat, siue quia non est ad libidinem præceps uera probitas, siue quia sic deus ordinem huius negocij tẽperabat, deprehensa est esse grauida. Id enim arguebat & amanti, & minime stupido sponso, puellæ uterus indies magis ac magis intumescens. Nec enim illa fugitabat sponsi sui conspectum, quasi sibi male conscia, nec aperiebat arcanum quod ab angelo didicerat, siue quia desperabat adhuc poße persuaderi, siue quia seruabat hoc deo, suo tẽpore patefaciendum. Certus igitur ac uerus erat conceptus, manifestis ac solitis indicijs sese prodens, præsertim Ioseph, qui ob domesticum conuictum facilius obseruabat in sponsa sua corporis habitum. Verum is fœtus

Quum esset desponsata mater Iesu Maria

nõ erat

non erat profectus è complexu uiri, quemadmodum re liquæ fœminæ solent iuxta communem naturæ legem conàpere, sed à spiritu sancto, qui per Gabrielem angelum internunàum, cœlitus illapsus in sacratißimũ templum uteri uirginei, paterni numinis inuisibili uirtute sanctißimæ uirginis totum corpus & animum œu complexu quodam obumbrante, àtra ullum pudoris detrimentum grauidam reddiderat. Porrò Ioseph, nõdum gnarus tanti mysterij, cum indubitata cerneret argumẽta conceptus in coniuge, sibiq; consàius esset, nihil sibi rei fuisse cum puella, unde grauida fieri posset, & tamen eos cõperisset sponsæ mores, ut in eos non caderet adulterij certa suspiàio, & alioqui uera ꝓbitas, nec est prona ad suspicandum, nec præceps ad uindicandum, suo cum animo rationem aliquam dispiàebat, qua simul & uxoris famæ uitæq; consuleret, ac negoàium cuius ipse nullum exitum inuenire poterat, deo committeret. Ex arctißima familiaritate deprehenderat inculpatißimos puellæ mores. Siquidem spiritus ille diuinus, qui totũ eius animũ occuparat in ipsis oculis, ipsoq; uultu relucebat. ipso incessu, gestu, sermone undiq; sese prodebat. Cœleste quiddam in ea deprehenderat, & homine maius. Et tamen uidebat grauidam, & abfuerat illa domo menses aliquot, dum inuisit cognatam Elizabeth, cogitabat, quanta esset eius ætatis, ac sexus infirmitas in cæteris puellis. Quas turbas hic exàtaßet alius maritus,

præsertim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

præsertim amore exasperante zelotypiam, quo non alius animi morbus impotentior? Sed ad huius rei fidem delectus erat testis Ioseph, ne quis caußari posset Mariæ partum, aut suppositituum esse aut adulterinũ. Erat uir apud omnes notæ spectatæq; probitatis ac prudentiæ. ne quisquã suspicari poßet illum uel esse tã insigniter improbũ, ut uxoris leno sustineret esse, uel tam stultæ patientiæ, ut domi aleret auraretq; unà cum puero, quam sãret esse adulteram. Nulli magis sæuiũt in lapsas uxores, quàm qui ipsi multis adulterijs sunt obnoxij. Ioseph ipse innocentißimus, adeo non rapitur ad ultionem, ut nec cum cõiuge uerbis expostularit, ne qua mœstitudine uirginis animũ obnubilaret. Tantis animi curis secum æstuat, ac mite quoddam diuortij genus cõminiscitur, quo sic ipse liberaretur à grauidæ cõtubernio, ne quid infamiæ periculiue puellæ cõflaret. Atq; hactenus quidẽ paßus est deus innocentißimũ uirum distrahi perplexis consilijs. Id enim expediebat ad fidei certitudinem. Sed iam tempus erat ut his animi molestijs liberaretur, dignus uidelicet, qui mysterij cõscius fieret, ob insignẽ erga uirginẽ deo dicatã reuerentiã, satisq; ob spectatam grauitatẽ in premendis animi sui curis, uisus idoneus, qui secretũ nondum ob Iudæorũ peruersam suspicionem, euulgandũ bona fide contineret. Ecce Gabriel angelus, q uirgini conceptum admirabilẽ nunciarat, multa cum luce apparens uigilanti, nimirũ ob plus quã

angelicam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

angelicam puritatem huiusmodi uisionum non insolenti, Ioseph in somnis semet exhibet, ac per soporem etiam tale quiddam agitantem, sic est affatus oraculi cœlestis interpres. Ioseph fili Dauid, quæ torquet animũ tuum humana suspicio? Quid æstuas, quid fluctuas? Aut qd meditare diuortium, aut cur ab ea uis distrahi, quæ tibi tanta charitate, simul & tribus & familiæ cognatione iuncta est? Non est alius sponsus ea uirgine dignus, nec illa est alteri destinata dei consilio, nisi tibi. Agnosce Dauid autorem tui generis, cui promissum est olim, qd nũc inãpit exhiberi. Totum diuinum est quod geritur. Non est quod metuas, ne quid labis tuo cõiugio cõtrahat uxoris uterus, ãtra tuam operã intumescens. Suspicaris grauidam, & recte suspicaris. Sed non ideo submouenda à domestico conuictu, immo hoc magis tibi adiũgenda est, quod grauidam uides, cui diuino consilio in hoc ipsum datus es sponsus, ut in posterum testis esse possis fœcundæ uirginitatis in uxore compertæ. atq; illa interim tuo coniugio tuta sit aduersis Iudæorum suspicaosam sæuitiã, quibus hoc mysterium nondum est aperiendum. neq; dignis adhuc, neq; capacibus. Tibi cõmunicabitur, ne qd interim uxoris innocẽtia sese indignũ patiatur. Nam fœtus iste, quo uides coniugis uterum quotidianis auctibus intumescere, ut non est ex te, ita nec ab alio quoquã mortali. Angelus nunciauit, conciliator huius diuini cõplexus, pater obũbrauit, spiritus sanctus præparauit uterũ,

Ioseph fili Dauid.

dei filius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dei filius impleuit. Noua sunt omnia, quia noua proles nascetur. Cœlo debetur quod pariet tua sponsa, castior etiam futura, posteaquam pepererit. Pariet aũt filium, non tibi, sed orbi. Huius tu pater interim diceris, & puellæ custos eris potius quàm maritus. Nato puero tu ceu pater nomen impones, non quod tibi tuus suggesserit animus, sed quod ex re deus illi destinauit ante mundum conditum. Vocabis aũt Iesum, hoc est seruatorem. Nam hic est ille tot seculis exoptatus & expectatus Messyas, qui iuxta prophetarum oracula, liberaturus est populum suum uniuersum à peccatis suis, non uictimis pecudum, sed suo ipsius sanguine. Nec hoc tantum beneficium gratis dedisse contentus, purgatis à uitæ prioris peccatis, conferet perfectam & æternam salutem. Neq; uero quicquã huius rei casu fortuito ue gestum est, sed consilio diuino. Quod enim nos factũ narramus, hoc olim dominus ipse se facturum promiserat, loquens per os Esaiæ prophetæ, paucis depingens huius conceptus, & nouitatem inauditam, & fructũ optabilem. Ecce, inquit, uirgo concipiet & pariet. Habes nouitatem. quando enim unquã fando auditũ, salua uirginitate, peperisse puellam? Nũc fructum accipe. Et uocabitur, inquit, nomen eius Emanuel, quod Hebræis sonat, nobiscum deus. Siquidem hic unus populum suum deo reconciliabit, atque ex infenso reddet propicium, ac uersans inter homines cumulatissimam dei beneficentiam illis effundet, ac tandem experti

Hoc aũt totũ factũ est

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

doctrinam efficacem, experti uim miraculorum, experti præsentem energiam, ac robur & impetum diuini spiritus nouo more sese prodentis in his qui crediderint, merito clamabunt, nobiscum deus. Si agnoscis uaticinium, & sane agnoscis, subserui mysterio, ac cœla secretum. Hæc ubi dixisset summi dei nuntius, Ioseph expergefactus à somno, lætus & alacer paruit oraculo, ponit cœnsilia dissidij, sed arctius etiam adiungit sibi coniugem suam ne qua dissidij suspitio posset oriri aliquã, iamq; sentiens eam totam dicatam cœlesti numini, ueneratur in ea diuinum mysteriũ, nec audet attingere, quam sibi diuinitas uniæ uindicasset. Adest obsequio, abstinet à congressu maritali. Maturesãt interim in sacro uirginis utero fœtus ille cœlestis, qui suo tempore prodiẽs ex matre uirgine, parentis integritatem non abstulit, sed consecrauit. Porrò Ioseph, ut erat iussus ab angelo, hactenus patris gerẽs imaginem, nomen indidit puero Iesu. quum iuxta gentis morẽ octauo die circumciderẽtur. Cap. II.

HActenus uides, quàm multa congruant cũ prophetarum oraculis. Ex his progenitoribus, ex ea tribu familiaq; natus est, unde illum prophetia promiserat. congruit & hebdomadarum supputatio, ad quam illum uenturum prædixit Daniel. Conuenit & natuitatis nouitas, qua natus est ex uirgine, ãtra uirilem operã Conuenit & nomen, promissus erat seruator, expectabatur seruator, Iesus seruatorem sonat. Quin & regionis, &

nis, & oppidi nomen respondet fidei prophetarum. Natus est enim haud procul ab Hierosolyma, in oppidulo cui nomen Bethlehem, idq; in regione Iudæa. Nam est & in Galilæa oppidum huic cognomine, nimirum in tribu Zabulon. Natus est autem eo tempore quo regnum apud Iudæos obtinebat Herodes natione Idumæus, non Iudæus, ne cui dubium esset iam adesse tempus quo nasciturus esset Messyas, quod hoc multis ante seculis futurum prædixerat Iacob patriarcha. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec uenerit ille qui mittendus est. Nimirum hic est ille sanctus sanctorum, ad cuius exortum cessare debuit omnis unctio Iudæorum. Nunc quàm miris consilijs paulatim innotuerit orbi accipite. Voluit enim omnibus esse perspicuus, qui uenerat seruandis omnibus. ut & bonis innotescæret ad salutem, & impijs adimeret omnem excusationem ignorantiæ. Iudæis præcipue fuerat promissus, ex horũ gente natus est, his primum prædicatus est ab angelis canentibus, gloria in excelsis deo, & in terra pax in hominibus bonæ uoluntatis. pastores eorundẽ uoce docti, de nato puero, fidei primitias obtulerunt, ad natalicium infantuli præsepe. Secreto spiritus afflatu agnitus est ab Elisabeth, à Simeone, et Anna prophetissa. Ac primũ quidem pauperibus & humilibus semet aperuit, in quibus sacbat esse pnã credulitatẽ. Nec enim facile suscepturi

Ecce Magi ab oriente ueniunt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erant humilem superbi, pauperem opulenti, modestum feroces, cœlestem, huius mundi cupiditatibus obnoxij. Quoniam aũt non Iudæis tantum, sed & gentibus, imò cunctis mundi nationibus promissus erat, in ipso statim exordio uoluit & his innotescere, quo declararet simul & illis oblatam esse salutem, & horum exemplo Iudæos ad æmulationem credulitatis extimularet. Nec oẽs eadem ratione pertraxit ad sui notitiam, sed singulos paulatim allexit rebus iam persuasis ac familiaribus. Iudæi prophetis habebant fidem. signis ac prodigijs commouebantur, atq; harum rerum illecebra pellexit eos. Persæ & Chaldæi multũ tribuebant astris, ut huic philosophiæ potissimum dediti, è cuius peritia sibi mirabilẽ quendam orbis instauratorem promiserant. His igitur pueri natiuitatem non propheta, non angelus, sed noua quædam & admiranda stellæ species indicauit, nimirũ stellam illam, quam prophetia designarat exorituram ex Iacob. Et publico rumore iam cognouerant hunc regem Iudæorum genti peculiariter esse promissum, non illũ uulgarem quempiam, atq; ex numero cæterorum, sed insignem, & incomparabilem, cuius potentiam, sapientiam, ac bonitatem, humana maiorem totus orbis esset experturus. Porrò ut improbus data occasione fit improbior, & sapiens occasione præbita sapientior. Magi quidã, nam hoc nomine Persæ uocant philosophiæ professione suspiciendos, quo quod stella ueluti per somnium

docuerat,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

docuerat, cominus disærent & exactius, nihil deterriti itineris magnitudine, Hierosolymam sese præuia stella conferunt, siue quod illic agebant scribæ & pharisæi, in lege ac prophetis eruditissimi, siue quod intellexerant regem eum haud procul ab Hierosolymis nasciturum. Iam enim certi natum esse, tantum sciscitantur, quis nam esset ille locus tam inclyto partu felix. Existimabãt enim tanti principis natiuitatem non posse latere apud eos, qui nasciturum tot seculis expectauerant, præsertim cum nõ solum apud illos, uerumetiam ex illis natus esset. Sed nusquam serius ac difficilius inuestigat Christus, quàm in urbibus opulentis, in aulis principum, & apud sapientiæ professione turgidos. Sed harum rerum imprudentes illi simpliciter ac palàm sciscitantur. Vbi, inquiunt, est ille, qui nuper natus est rex Iudæorum? Nos enim certo indicio natum illum cognouimus. Nam cum procul hinc ageremus in oriente, stellam eius admirabili specie uidimus. Vidimus stellam & sensimus afflatum. Proinde quoniam sciimus illum omniũ bono nasci, nos, licet alienigenæ, sumus huc profecti, ut illum adoremus, nouoq; regi debitas honoris primitias exhibeamus, non ignari, felices futuros, qui illius numen habituri sunt propitium. Huiusmodi sermonem cum illi simpliciter apud quosuis effunderent, ilico rumor ad Herodem regem perlatus est, qui iam pridem eius nasciturí famam horruerat, metuens, ne quando regno quod occupauerat, alienigena

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deturbaretur, si tantus princeps è Iudæorum stirpe exitisset. Siquidem Herodes nihil aliud quàm terrenum regnum somniabat, ignarus Christum aliud regni genus inuehere, quod ad uniuersos homines pertineret. Itaq; postquam natum audierat, quem metuerat nascturum, & audierat à magis, uiris & eruditione, & fortunæ strepitu nequaquam aspernandis, sane conturbatus est animo, simulq; cum hoc tota ciuitas Hierosolymorũ, alijs aliud metuentibus, aut sperantibus. Sed ita diuina sapientia temperauit affectus ac molitiones mortalium, ut & piorum simplicitas, & impiorum uesania, undiq; Christi gloriam illustraret, & fidei rerum incredibiliũ pondus adderet. Nec aliam ob caussam stella uiæ dux Magos Hierosolymam ingressuros ad tempus destituerat, ut illorum percontatio diuulgaret rumorem nati pueri, nec proderet nati cunabula regi sæuituro. Itaq; rex Herodes liuore & ira cœcus, cum totus arderet in exitium nati pueri, tamen impiæ crudelitati pietatis speciẽ prætexuit. Accersit ad se ex ordine sacerdotum cunctos primores, ac scribas populi Iudaici, quorum hæc erat peculiaris professio, ut si quid exoriretur rerum nouarum, è prophetarum oraculis, eq; diuinis libris responsa darent, quod horum exactam scientiam profiterentur, uidelicet ut & numerus & autoritas ad fidem conducæret. Ab his igitur conuocatis, rex hoc magis impius quod pietatem mentiretur, sisatatus est, ubi nam nascaturum

turum Christum oracula promisissent. At illi nondũ odio furentes in Christum, quem non uiderant, simpliciter & incontanter respondent, in Bethlehem Iudæ, ac ne parum ponderis haberet ipsorũ autoritas, ecce in prom tu habent uaticiniũ Micheæ prophetæ, Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exorietur dux, qui regat populum meum Israël. Atq; hæc tum responderunt sacerdotes & scribæ, qui post tot miraculis coruscantem, & omnibus benefacientem, cararunt occidendum. Rex primum magorũ oratione non leuiter commotus, hoc responso tam prompto prorsus exanimatus est, præsertim, quum prophetia palam polliceretur ducem Bethlehemiticum, qui regeret populum unde natus esset. Sacerdotibus itaq; ac scribis dimissis, qbus sese desperabat posse imponere, clanculum ne Iudæi dolum suspicarentur, accersit ad sese magos, & sic communicata re, quasi idem agerent utriq;, diligenter percontatus est eos, quantum esset temporis, quod illis primum apparuisset stella, cuius indicio tantum itineris emensi uenissent Hierosolymam. uidelicet hoc agens, ut certius in unum caput sæuiret crudelitas. Magi ut non est suspicaosa pietas, nihil illum celant, haudquaquam suspicantes eum esse tam immanem, ut in infantem uix dum natum sæuire uellet, neq; tam furiosum, ut se speraret humanis consilijs oppressurum, quod diuinitus ageretur. Indicato tempore, ille uicissim indicat locum,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quem à scribis didicerat. Iamq; spe certa conepta, his duobus indicijs puerum posse deprehendi, Magos ultro ituros, etiam suo nomine mandatis onerat, adirent Bethlehẽ, summaq; diligentia uestigarẽt de puero, mox eo comperto, Hierosolymam reuersi, se facerent totius negocij certiorem, caussam prætexens admodum piam, & ab animis magorum minimũ abhorrẽtem, ut & ego inquit uos imitatus, adorem eum. Sibi primum uolebat innotescere puerum, ut eum prius tolleret è medio, quàm populus Iudæus eum planè resciisset esse natum. Deo interim et hoc procurante, ut incolumes redirent magi suis regionibus annunciaturi Christum. Alioqui, ni spes hæc scelerato imposuisset, sæuiturus erat in magos ipsos, qui nuncium tam inauspicatum attulissent, Magorum pia simplicitas, audito rege, contendunt Bethlehem, quos in hoc stella quæ illos excituerat, ad tempus destituit, ut barbari primi Christum annunciarent natum, quem illi tot seculis expectatum post occiderunt. Sed hac parte diuini consilij functis, rursus aderat mirabilis illa stella, quæ sic illorum pietati seruiebat, ut non solum Bethlehem, sed ipsum etiam tugurium humile, & ob hoc inuentu difficile indicaret, atque adeo ipsius pueri capiti imminens è propinquo, ceu digito demonstraret expetitum infantem. Hæc igitur ubi rursus apparere cœperat, omnem solliciudinem ex animis illorum dispulit, iamq; certa spe simul & gaudio pleni, neglectis hominũ indicijs,

cœlestem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cœlestem ducem sequuti, noui regis palatium, uident sordidum & abiectum tugurium. Nihil cõmouetur his rebus synœra pietas, ingrediuntur, reperiunt infantem, nihil à cæteris spede differentem, reperiunt matrem, nihil magnificum præ se ferentem. Paupertatem ac simplicitatem tota suppellex testabatur. Magi qui non adorauerãt Herodem, è solio regali strepitu iactantem sese, ad pueri uagiẽtis cunas procumbunt. adorant proni nõdum fari potentem. Nec hac pietate contenti, depromũt è repositorijs suis destinata munera, ex hisce rebus, quarum prouentu regio Persarum præcipue diues erat, Aurum, Thus & Myrrham, ne uiaticum deesset mox fugituro. Atq; his fidei primitijs gẽtes quæ procul aberãt, Iudæos qui deo uidebantur pximi, præuenientes, Christum sibi inaugurant, seseq; uicissim illi dedicant, tripli ci rerum genere, nouum sacrificium offerentes. Iamq; ueluti per ænigma, trinitatem illam ineffabilem profitentes, patris, filij, & spiritus sancti, simulq; in uno homine, mortalitatem, sacerdotium & regnum agnoscẽtes. Siquidem aurum regi conuenit, Thus sacerdoti, Myrrha morituro. Natus est mortalis, sacrificauit in cruce, uicit resurgens, regnat in cœlis. Tot prodigia uiderãt Iudæi, & cognitum occiderunt, nihil præclari uidere magi, quod ad oculos corporeos pertinet, & sibi gratulantur eam peregrinationẽ fuisse feliicem. Cæterum quũ secum agitarent, an redeundum esset ad Herodem, ut

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

illius animo satisfaerent, in somnis admoniti sunt oraculo diuino, ne se referrent ad Herodem. Id enī nec ipsis esse tutum, nec puero, nec expedire tanto negotio, suis temporibus, & per partes orbi prouulgando. Illi non segnes parent oraculo, ac diuersa uia, reuersi sunt in patriā, apud suos noui regis, noui præcones futuri. Iam magorum incolumitati consultum erat. mox ut matris etiam ac pueri tranquillitati consuleretur, simulq; Herodis impietas, ita ut merebatur, magis ac magis exacerbaretur in gloriam Christi, idem cœlestis nuntius, qui magos dimiserat, Ioseph apparuit in somnis, hortans eum, ut iam arcani consius, matrem ac puerum clanculum subduceret in Aegyptum. uide licet hoc agente consilio diuino, ut ea quoq; regio tota prodigiosis deorum cultibus dedita, dum profugo præbet hospitium, eius contactu cōmertioq; præpararetur ad aliqd' primordiū ueræ pietatis. His itaq; uerbis angelus affatus est Ioseph. Surge & adiuncto tibi puero unà cum matre, clàm fuge in Aegyptū, atq; illic cōmorare donec reuersus ad te, admonuero tēpus esse huc remigrandi. Futurum est enim, ut Herodes nihil intentatum relinquat, quo perdat puerum. Non qd' difficile sit deo puerū subito extincto Herode seruare, si libeat. sed hic ordo negocij, magis conducit ad confirmandā fidem. Vult enim deus, ut tyranni furor suæ gloriæ seruiat. Nihil contatus Ioseph, assumptā puellam matrē ac puerū, nocte fugēs, subduat

ſubduit in Aegyptum, inibi cõmoratus uſq; ad obitum Herodis. Neq; uero hoc humano metu contigit aut caſu. his malis deus uoluit parari ſtabiliriq; regnũ filij ſui, quibus humanæ res ſolẽt labefactari, ne qd ſibi mũdus uindicare poßit in negotio diuino. Id quo magis credas, deus qui hoc fieri uoluit, multis retro ſeculis futurum prædixit p os Oſeæ ꝓphetæ. Ex Aegypto inqens uocaui filiũ meum. Interea rex Herodes, poſtequã ipſa re cõperit Magos ſibi dediſſe uerba, iam impotens iræ, abiecto fuco, ꝓrupit in manifeſtã inſaniã, miſßiſq; ueſaniæ ſuæ miniſtris, occidit omne is infantes, & quotquot erant in ipſa Bethlehem, & quotquot erant in eius oppidi finibus, bimulos, aut hac ætate minores, ſequutus tẽporis ſupputationẽ, quo Magi prædixerant ſibi primũ uiſam eſſe pueri ſtellã. Dilatauit tẽpus crudelitas, dilatauit locũ, pueros uniuerſos cõplexa, putãs hoc impio conſilio ſatis ſibi cautũ eſſe, ne qua poſſet elabi, quem unum cupiebat extinctũ. Sed fruſtra nititur aſtutia mortaliũ aduerſus cõſilia diuina. His rebus parabatur exẽplũ, qd eſſent ab impijs principibus paſſuri, q crediturí eſſent Euãgelio. qd ꝓfecturi, qui fidem euangelicã tenerã adhuc, & in piorũ animis gliſcentẽ, crudelitate ſua conarentur extinguere. Ob Chriſtum interimi, ſeruari eſt. Herodi data erat occaſio reſipiſcendi, non ſæuiendi, niſi mentẽ illius regnãdi cupiditas excæcaſſet. Sed dum ipſe ſibi ſuo uitio uertit oia in materiã maioris inſaniæ,

ſua malitia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſua maliàa dei iuſtiàã illuſtrauit, dum omnibus palàm fit innoxios puellos immani crudelitate truàdatos, & ipſum horribili dignum exitio, quo poſtea perijt, fuiſſe. Porrò ne quis addubitet hoc diſpenſatione diuini conſilij ſic eueniſſe, audite prophetæ Hieremiæ uatiànium, hoc præſagio mentis afflatæ iam factum cernentis, qd' multis poſt ſeculis eſſet futurum. Vox inquit in Rhama eſt audita, uox uehementer plorabunda, lugubris ac lamẽtabilis. Nimirum Rachel ea erat deplorans filios ſuos Nec admiſit conſolationem, propterea quod eſſent oẽs è medio ſublati. Rachel quæ enixa Beniamin, hoc eſt doloris filium, mox à partu perijt, ſepulta eſt non procul à Bethlehem. unde propheta ſub huius perſona, matrum luctum, ſuos filios ab Herode truàdatos deplorantium expreßit. Interea poſteaquã Herodem exitũ ipſo dignum ſuſtuliſſet è medio, rurſus Angelus qui fugæ conſilium dederat, apparens Ioſeph in ſomnis hortatur illum ut Aegypto relicta, puerum ac matrem eius reduceret in terrã Iſraëliticam. Iam enim extinctos eße eos, qui puerum uolebant extinctum. Atq; is prompte p omnia parens diuinæ uoluntati, uirginem matrem cũ dulcißimo puero reuexit in regionem Iſraëliticam. His enim oportuit illum primũ innotſcere, ad quos prædpuc miſſus erat, ne gens incredula haberet, qd' uel pbabiliter ſuæ impietati prætexeret, negans illũ eſſe Meſſyam ſuũ, ſed alium gentibus deſtinatũ. Vt uero patriæ

fines

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fines ingressus est Ioseph, atq; illic certo rumore cognouisset, quod Archelaus Herodis defuncti filius, paterni regni dimidiũ sortitus, uiue patris regnaret in Iudæa, ueritus ne filius, ut in regnum, ita & in crudelitatẽ paternam successisset, timuit cõ profiscãs, ac rursus oraculo angeli confirmatus, unde iam totus pendebat, secessit in partes Galilææ, quæ pars obuenerat Herodi tetrarchæ fratri regis defuncti. Hic tuta omnia pollicente angelo, inuitauit etiam patriæ charitas, simul hoc agente cõsilio diuino, ut per occasiones uarias Christus multis diuideretur, qui nulli nõ uenerat. Bethlehem huius partu gloriatur, Hierosolymæ circũcisus est, ac purificatus, Aegyptus tanto hospite felix erat. Habet Nazareth quod de tanto alumno glorietur. Nam hic erat parentis patria, in qua filium conceperat, uiculus humilis & obscurus, Galilææ contemptæ apud Iudæos regionis, sed hoc magis opportuna latebra puero aduersus Archelai sæuitiam, & illud interim nos re ipsa docente deo, in his quæ diuina uoluntate geruntur, nihil opus esse huius mundi præsidijs, opibus, potentia, factionibus, generis claritudine. Immo hæc adiuncta, obscurant apud homines gloriam dei. Nam ne hoc quidem accidisse fortuito satis arguit, quod prophetia iam olim futurum prædixerat, quod Messyas ille Nazaræus appellaretur, quod esse factum, uel ipse titulus indicat, quem Pilatus ignarus prophetiæ, cruci affigi iussit. Iesus Nazarenus

rex Iudæo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rex Iudæorum. Et hodie qui Christum ꝓfitentur ab eo Nazaræi dicũtur à plerisq;. Neq; uocabulũ ipsum mysterio uacat. Nazareth Hebræis à flore nomen habet, qd' hic è uirgine cõceptus sit, purissimus ille flosculus, omnis uirginitatis cõsecrator, quẽadmodum Bethlehẽ, domũ panis sonet Hebræis, ubi ꝓditus est ille panis cœlestis, quẽ qui ederit, uiuet in æternũ. Hic igitur annos aliquot uixit, uelut ignotus cũ matre, & nutritio suo, cuius filius ab omnibus existimabatur, donec ad ætatem adultã ꝓgressus iam ipse sese doctrina, miraculis, morte & resurrectione mũdo proderet. Nulla interim re insignis, aut inter cæteros mortales eminens, nisi quod omni ꝓbitatis genere donisq; cœlestibus sic indies ꝓficiebat, ut nemo non magnũ aliqd ab eo puero expectaret. Legis etiã interim obseruantissimus, ne quam ansam daret maleuolis obtrectandi, sed per oia satisfaceret oibus. Maluit ad tẽpus obseruata lege ad pfectiora pducere Iudæos, quàm ea spreta anios illorũ ab sese alienare Semel dũtaxat specimen sui præbuit Hierosolymis, annos natus duodecim, quũ clàm relictis parẽtibus, repertus est in tẽplo, in medio doctorũ sedens, audiens illos, ac uiàssim sic interrogans, ut omnibus esset admirationi. Iam tum uidelicet gestiebat indoles ad ea, quorũ gratia missus erat in mundum, sed ut hoc erat animi prompti laus, ita moderationis & obedientiæ erat exemplum, expectare tempus à patre præscriptum.

CAP.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAPVT III.

NVnc operæpreciũm est audire, quomodo tandẽ negociũm hoc, cuius gratia uenerat, sit aggressus dominus noster Iesus Christus. Non ex improuiso semet ingessit inopinantibus. Ante per antecambulonem Ioannem Zachariæ filium, ipsis etiã Iudæis notum ac ꝓbatum, animos oĩm præparari uoluit, quo sensim ac paulatim instillaretur mentibus hominũ, qd' semper erat credendum. Ergo quũ appeteret tempus quo decretũ erat æterno consilio, ut totus orbis per Christi doctrinã innouaretur, prodijt Ioannes sacerdotis ac prophetissæ filius, ipse Christi testimonio plusquã ꝓpheta iudicatus, qui ipso etiam exortu summã de se spem præbuerat. ꝓdijt autẽ non è regum aulis, aut è uulgato hominũ cœtu, sed ex eremo, ubi à puero uitam angelicã egerat, uictu facillimo parabiliq; contentus, amictus pallio è cameli pilis contexto, ãnctus zona pelliea. Vestitui uictus respõdebat. Victitabat enim parabili commeatu, quem eremus suppeditabat, locustis ac melle sylueſtri. Hic cultus, hic uictus, talis locus decebat pœnitentiæ præconẽ. Cuius admirabilis sanctimonia, sic omnium animos obstupefecerat, ut plæriq; suspicarentur hunc esse Christum, præsertim cum multis esset persuasum alterum illum, qui Messyas putabatur in turba Bethlehemiticorũ infantium perisse. Atqui is adeo non uindicabat gloriam alienam, ut Christo palàm omnibus demõstrato, se negaret

se negaret indignum, qui calcamentorum illius ligulas solueret. Nec is tamen suopte impetu prodijt ad prædicandum, sed uoce diuina monitus iam adesse tempus agendi præconem. Siquidē haud quaquàm fortuito, aut humana delegatione uenit ad hoc prædicandi munus, sed hic erat de quo tot ante seculis uaticinatus fuerat Esaias, & quod in eremo palam ederet prædicationis suæ uocem, & quod animos hominum ad accipiendam Christi doctrinam præuius ipse præpaparet, quodq; persuasa superioris uitæ pœnitentia, redderet eos capaces gratiæ Christi, peccata per baptismū suum cōdonaturi omnibus, quodq; subito mutatis rerum uicibus, qui ante turgebāt inani iustitia legis Mosaicæ, stultaq; philosophia mūdi huius, deijcerentur, & qui antea propter imperitiam ac modestiam humiles & abiecti uidebantur, atq; inuiti les, per euangelicam doctrinam uegeti fierent, & opulenti bonis cœlestibus. Quæq; per legis asperitatem difficilia uidebantur, & impedita, per fidem, & Euangeliam gratiam expedita fierent ac facilia. Quodq; salus hæc non Iudæis tantum, sed omnibus totius orbis nationibus aperiretur. Hæc omnia præcinuerat Esaias, ærtißimus domini propheta. Vaticinium enim sic habet. Vox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa & aspera in uias planas, & uidebit omnis caro salutare dei.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re dei. Iamq; rumor & aura quædã famæ secreto spar sa per multos de uenturo Messya, ad hæc consaentia malorum (Nam eo seculo non fuit aliud inquinatius) postremo tactus quidam afflatus efficerat, ut plerosq; suæ uitæ tederet, ac desiderarent illum, cuius odor quidam ad eos utanq; peruenerat, qui subito mortalium omne genus esset innouaturus, & abolitis peccatis, ad iustiæ regnum uindicaturus. Quum igitur ad Ioannem confluerent, non solum ex urbe Hierosolymorum, uerumetiam ex uniuersa Iudæa, præsertim hisce regionibus quæ Iordanem accolebant, occurrit & ipse Ioannes promptæ illorum uoluntati, & quod in eremo prædicauerat, idem densioribus iam turbis ad Iordanis ripas inculcabat, ut se per pœnitentiam uitæ superioris Messyæ mox uenturo præpararent, & salutem allaturo se præberent sanabiles. Sanabilis autem est, qui morbum suum agnoscit & odit, iam enim instare, adeo & in proximo esse regnum cœlorum, feliciissimum quidem illud & exoptabile sed in quod non pateret aditus, nisi puris ab his terrenis sordibus. Ad hanc uocem in typum mox abolendarũ animi sordium plurimi tingebantur in flumine Iordanis damnantes ipsi uitam priorem, ac palàm agnoscentes sua commissa. Sic enim uisum sapientiæ diuinæ, ut Ioannes qui erat confinium Mosaicæ legis iam desituræ, & Euangelicæ gratiæ iam aduentantis, hoc signo prælude ret, non ad abolenda peccata, quod proprie Christo ser

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uabatur, sed ad præparandos hominum animos, quo ca paciores essent beneficij mox sequuturi. Id factũ est Tyberio Cæsare annum iam decimumquintum moderante Romanum Imperium, Pontio Pilato huius nomine procurante Iudæam, Herode defuncti fratre, Tetrarcha Galilææ, in qua commorabatur Christus, & huius fratre Philippo Tetrarcha Iturææ, & Trachonitidis regionis, Lisania Abilinæ Tetrarcha. sacerdotalis ordinis, primas tenentibus Anna & Caiapha. Itaq; Iudæorũ regione in tot principes distracta, prodijt ille, qui cuncta uocaret ad unius principis ditionem. Ac primo quidem confluentibus ad se turbis, quum conspicæret Ioannes nõ parum multos Pharisæos & Sadducæos uenire ad baptismum, nec ignoraret, quàm hoc hominum genus esset elatũ, ferox ac sibi placens, ob insignem Mosaicæ legis obseruationem, & patriarcharum merita, à quibus se gloriabantur oriundos. Nam hi uelut inuidentes & insidias struentes baptismo Ioannis tam cælebri, subdolam legationem ad illum miserãt in Bethaniam (nam ibi tum baptizabat Ioannes) percontantes, nũ ipse esset Christus si esset, mox obiecturi, quod Christus promissus esset de tribu Iuda, quum constaret Ioannem esse Leuiticæ tribus. Porrò quum Ioannes ingenuè fassus esset se non esse Christum, ac ne prophetam quidem aliquem ex priscis illis, quos illi redituros in mundum suspicabantur, rogare pergunt, qua fronte per baptismum polliceretur remissionem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

missionem peccatorũ, quod proprie Christo seruabatur. Respondit plurimum interesse inter suum baptismum, quo tantum inuitaret ad resipiscentiam ac pœnitudinem uitæ prioris, & Christi baptismum mox sequuturum, quo condonarentur omnia peccata. Ex hoc igitur hominum genere, quum multos uideret cum reliquis ad baptismum accurrere, acrioribus uerbis mordet illorum conscientias, quo magis ad pœnitentiam commouerentur. Astutum inquit ac malitiosum hominum genus, planeq; non hominũ, sed uiperarũ progenies, maiorum interfectores, insidiosi, malæq; mentis in omnes, quum hactenus uos apud homines sic iactaueritis titulo patrum opinione sanctimoniæ probatorũ, falsaq; specie iustitiæ, atq; ita supine regnaueritis, quasi Messyas nunquã esset uenturus, quis uos submonuit, instare suppliciũ ineuitabile nisi ad pœnitentiæ remedium cum cæteris confugisetis? Et nunc cum his cupiatis baptizare ueluti peccatores, inter quos admirabilem quandã sanctimoniæ speciem præ uobis ferebatis. Sensistis inanem fore fiduciam uestram ni iam imminenti diuinæ ultioni uos subduxissetis suffugio pœnitentiæ. Neq; enim patrum merita, neq; legis obseruatio liberat ab æterno supplicio, sed sua quenq; uitæ synceritas commendat deo. Posteaquàm igitur pœnitet uos uitæ prioris, posthac sic fructificate pijs affectibus, & factis qui testentur uos uere resipuisse. Hactenus ob crassitudinem hominum, nonnihil indultum est

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

figuris & umbris, ut his cancellis circumsepta mortalium ad mala procliuitas coherceretur, ne posset in deteriora prolabi. hactenus dilatatis phylacterijs, in longũ productis precibus, lotionibus, crebra mentione patris Abrahæ sanctissimi patriarchæ, extruendis monumentis prophetarum, quorum posteri multis uideri, parastis uobis apud homines aliquam sanctimoniæ speciem. Post hac, quoniam ad lucem Euangelicam euanescent umbræ, ueris agendum erit, si uelitis assequi salutem æternam. Pro pristinis peccatis, non exigitur à uobis holocaustum aut sanguis pecudis, tantum adsit pœnitentia non ficta, culpam ipse gratis condonabit. Porrò qui sint fructus ueræ pœnitentiæ, Messyas ipse uos docebit, si dociles repererit. Interim ponite uanam fiduciam, neq; sic uobis ipsis blandiamini, sancti sumus, e sancto patre prognati Abraham. Abraham iustus nihil proderit ex se progenitis, nisi laudatatam illius fidem & obedientiam imitentur. Abrahæ promissa est benedictio, quæ nunc instat. Sed ad hanc obtinendam, non satis est generis quamlibet arcta propinquitas. Quicunq; diffisi deo, mundi huius præsidijs nituntur, excidunt à cognatione Abrahæ. Et post hac Abrahæ posteri, non è sanguinis affinitate, sed è fidei syncritate censebuntur. Nec ideo desiderabit deus posteritatem Abrahæ, cui promissam benedictionem persoluat, si uos ab Abrahæ moribus desciueritis. Imò illud habete certum, si uos neglexeritis oblatã

gratiam,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gratiam, deum uel ex hisce lapidibus posse suscitare filios suos amico Abrahae, uobis lõge potiores. Nec est quod hactenus dilatus aduentus Messyae, uos reddat negligentes. Nam nunc urget extremum periculũ, in acie nouacula res omnis sita est. Aut synceris animis adeundũ est regnum cœlorum, aut accipiendum supplicũ æternum. Adest præsens salus amplectentibus, adest pœna præsens & exitiũ immedicabile respuentibus. Iam enim securis admota est arbori, non ramis aut trunco, sed radicibus, funditus & irreparabili uulnere succisura, ni fœtus deo dignos produxerit. Discrimen imminens et urgens, nullam admittit cessationem. Properandum est amputatis omnibus remoris. Adhuc uobis in manu est utrum uelitis amplecti. Non feriet securis, si uos subito mentem mutaueritis. In arbore naturali longum ac difficillimum est mutare succum, unde fœtus saporem ducat. Hic sola uoluntate res peracta est, sed ut accelerantibus communis est salus, ita cessantibus commune est periculum. Neminem neq; opes, neq; generis nobilitas, neq; sapientia liberabit posthac. Omnis arbor quæ non attulerit fructum, non dico qualemcunq;, sed insignitur bonum ac dignum regno cœlorum, exciditur, & in ignem conijcitur. Hactenus tulit deus ac dissimulauit segnitiem hominum. Error & ignorantia nonnihil ueniæ promerebantur. Ad naturæ legem obsurduerat genus humanum Moysi lege non ita multum est profectum. Contemptæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sunt prophetarum minæ, non audita sunt somnia. Nunc is adest post quem nemo mittendus est. Cuius aduentus ne quem opprimat, ego prænuntius sum. Si uos uestri pœnituerit, si morbum agnoueritis, si medicum ardentibus uotis exœperitis, aderit ille uobis omnibus salutaris. Nec enim ipse sum ille quem expectatis. Baptizo quidem uos, sed in hoc tantum, ut resipiscentes, illi uos præbeatis dociles, ac sanabiles ubi uenerit. Mox enim aderit, imò iam adest, qui ut me posterior est in ordine prædicandi, ita tanto me est modis omnibus superior, ut ego quem uos aliquid esse creditis, prorsus indignus sim, qui manipium apud illum agam, hoc est, ut uel calamenta illi baiulem, aut calamentorum corrigiam soluã. Ego nihil aliud sum quàm præco, fidelis quidem, & officio fungens, quod mihi iuxta prophetæ uaticinium deus inunxit. Ille autor est, & omnem potestatem secum adfert, seu peccata condonandi, seu uirtutum omne genus conferendi. Ad illius doctrinam, ad illius baptismum omnes accurrite, siquidem ille uos baptizabit efficaci baptismo, non aqua tantum, sed spiritu & igni. Spiritu uos transformabit, igni rapiet ad cœlestia. A uobis nihil exiget, nisi synceram, minimeq; fucatam pœnitudinem. Gratis uobis conferet sua bona, si uobis ex animo displicuerint uestra mala. Tantum absit fucus, apud illum nihil ualiturus. Nihil illum latet, neminem metuit. Seuero & ineuitabili iudicio res agetur. Posthac nihil erit medium,

Ego qdẽ baptizo uos.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dium, aut ingenue boni ſitis oportet, aut ingenue mali. Nihil ille morabitur perſonatam ſanctimoniam. Habet uentilabrum in manu ſua, perſpiat etiam intimos recæſſus animorum. Apud hunc aut paleæ ſitis oportet, aut purum triticum, ſed interim utrum eſſe uelitis, uobis in manu eſſe uoluit. Fruſtra latebunt inter ſyncera grana permixtæ paleæ. Exacte purgabit ille aream ſuam, ac triticum recondet in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Aut igitur toto pectore conandum eſt ad ſummam uirtutem, ut mereamini reapi in regnum æternum, aut ſi dei bonitatem, quæ nunc offertur aſpernati fueritis, hoc ipſo peſſimi ſitis, quod tantam ſalutem ultro delatam reijatis, meritoq; ueſtro, pro cœleſti præmio, æternis gehennæ incendijs addicamini. His ſanctiſſimi uiri uocibus adeo commoti ſunt populares animi, ut complures qui hactenus legis obſeruatione nixi fuerant, metu trepidi uenerint ad eum dicentes. Si res ſic habet, quid igitur cenſes nobis faciendum? At ille eos non ad legis ceremonias & hominum conſtitutiunculas, quemadmodum ſolent phariſæi, ſed ad officia charitatis hortabatur dicens. Prima uia placandi deum, eſt beneficentia gratuita in proximum. Qui ueſtitu abundat, impartiat nudo, qui cibis abundat, communicet famelico. Accedebant & publicani, quod hominum genus abominantur Iudæi, quod ferè uel in gratiam principum, uel ad explendam auaricia ſuam, populũ expilare ſoleant.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Rogant pauidi quid sibi cœnseat agendum. Nec hos ille reijàt à baptismo, nec his rursus indiàt ut sua largiren=tur, quibus iam diu solenne erat aliena rapere, sed ut aliquo gradu propius accederent ad perfectam Christi doctrinam, ediàt ne quid exigant à populo, præter id quod à principe præscriptum sit. Deniq; uenerunt & milites uiolentum & infame genus hominum. Nec hos à se submouet, satis ipsa re loquens Iudæis Christum nul=lum omnino genus hominũ aspernaturum. Nihil hi con=fitentur, siquidem hoc ipsum militem profiteri, est malo=rum lernam confiteri. Rogant quid sibi quoq; det consi=lij. At ille tam rudes magis docet, quid sit uitandum, quo minus essent mali, quàm quid agendum, ut fierent absolute boni. Ne abutamini inquit armis uestris, quæ non nisi in hostes imperatoris iussu mouẽda sunt, ne quẽ per uim pulsetis, aut conuatiatis, quum in hoc conducti si=tis, ut uestra opera sit tranquilla prouincia, ne ue abu=tamini uestra cum præsidibus familiaritate, falso quem=piam deferentes per calumniam, ut hinc turpe lucrũ ad uos redeat. Postremo contenti stipendijs uestris, neminẽ fraudetis aut spolietis. Siquidem in hoc dantur à princi=pe salaria, ne sit aliena rapiendi necessitas. Sic ille leui=oribus præceptis, ut erat auiusq; capacitas, omnes Chri=sto uenturo præparabat, spiritu præuidens Christum, quem oculis corporeis nondum uiderat. Itaque rumore uarijs modis per angelos, per pastores, per magos,

per

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

per Herodis crudelem soliãtudinem, per Zachariæ Pphetiam, per Simeonem, per Annam, paulatim & clanculum, sed multo maxime per apertum, summaq; autoritate coniunctum Ioãnis patrocinium. Iam late sparso, indiesq; glisente, sic ut mali quoq; metu territi, sese ad denunciatum Christi aduentum componerent, nimirum tempus erat ut ipse prodiret in Theatrum mundi, non iam alieno testimonio, sed suis ipsius uirtutibus sese declaraturus, qualis & quantus esset, & obscuraturus omnes homines, quorum testimonio fuerat ante commendatus. Reliquit igitur Iesus Galilæam in qua hactenus latuerat, & patris negocium acturus, maternam deserit Nazareth, ad Iordanem properat, ubi confertissimã turbam è diuersis Iudææ regionibus conflatam, testem haberet eorum quæ dicerentur, ac gererentur. Per medias peccatorum turmas, is qui solus omnium nulla peccati labe contactus fuerat, Imò qui solus tolleret peccata mũdi, uelut peccator adit Ioannem, baptismũ ab illo flagitat, qui solus baptismũ omnem sanctificat. Ioannes [redacted] tamen admirabilem probitatem ipsis oculis, totoq; uultu & inæssu sese exerentẽ animaduertẽs, excusat præposterum officium, nullo interim certo elogio dignitatem illius honorans. Tantũ, inquit, par erat, ut ego qui tuis uirtutibus longe sum inferior, abs te baptismũ flagitarem. Et unde factum est, ut teipsum usq; adeo

 demittas,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

demittas, ut à me tingi postules, quum nemo purior ab omnibus peccatis? Hæc ita gesta sunt dispensante deo, ut & admirabilis Christi modestiæ nobis pararetur exẽplum, & Ioannis testimonio constaret omnibus, Christũ haud quaquã ullius mali sibi consciũm postulasse baptismum. Sic enim baptizatus est, ut circũcisus, ut purificatus in templo cum matre, ut flagellatus, ut crucifixus. Nobis hæc omnia passus est, non sibi. Proinde quum Ioannes constanter testificans suam indignitatem, & Christi dignitatem efferens recusaret baptistæ officiũ. Christus nulla quidem suspitione sinistra polluit innocentiam suam, quam omnibus notam ac persuasam esse oportuit, huius inquit negocij partes suum quæq; tempus habent. Tu patere interim, ut abste baptismũ impetrem, ne putes indecorum tibi, si tingas te, ut ais, meliorem, mihi certe decorum est, ut qui omnes ad me pertrahere cupio, omnem impleam iusticiam. Etenim qui docet omnes, & qui perfecta docet, eum non oportet committere, ut aliqua uel minima iniusticiæ species in ipsius moribus hæreat. Omnibus omnia fiam oportet, ut omnes patri lucrifaciam. His auditis, Ioãnes cum Christo descendit in Iordanem, ac tinxit eum. Ac species quidẽ exemplum habet salutare in Christo modestiæ, in Ioanne obedientiæ, cæterum res atq; effectus planè præposterè cessit. Siquidem nos consecrat baptismus, ille baptismũ consecrauit sacro sui corporis contactu. Simul autem ut ostenderat

Sic nos decet implere oẽm iusticiã

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

derat quid nobis agendum esset à baptismo, & quanta feliàtas daretur per baptismum, Iesus alacer ac properans [redacted], egressus ab aqua, doens in lotionibus non esse commorandum, nec ad eas subinde redeundum, iteratis peccatis, sed semel abiectis ac sepultis in baptismo commissis uitæ prioris, ad spiritualis uitæ munia festinandum, compositis genibus, & sublatis in cœlum manibus, deprecatus est patrem, ut hoc negoàum seruandi genus humanum, quod aggrederetur, omnibus felix ac faustum esse uellet, isq; sua paterna autoritate commendaret filium suum orbi, ne parum grauis esset Ioannis autoritas, quanquã hoc quoque pro tempore profuit crassis & rudibus. Et ecce palàm teste tanta hominum multitudine, pater asseruit autoritatem filio suo. Cœli diffissi, prodigiosam quandã lucem ostenderunt. Quin & Ioannes conspexit spiritum cœlestem, uisibili specie columbæ, delabi è cœlo, & sacro illius uertiã insidentem. Vnde columba uenerat, oculis conspicua, inde uenit & uox paterna, auribus omnium insonans. Hic, inquiens, est ille filius meus uniæ dilectus, deliàum animi mei, & in quo mihi singulariter placeo, ipsum audite, meæ mentis interpretem, & meæ bonitatis erga uos dispensatorem. Quoniam autem Iesus id temporis adhuc ignotus erat multitudini, quæ de Ioanne magnifice sentiebat, ne uox quæ è sublimi missa, neminem certo designabat sensibus,

putaretur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

putaretur ad Ioannem pertinere. idãrcc additũ est cœlestis columbæ uisibile signum, quæ capiti insidens cœu digito demonstraret omnibus, ad quem ea uox pertineret. Quo quidem signo & ipse Ioannes iam plene certoq; monitus est, illum esse filium dei. Quod post palam testificatus est, hoc signum & ante sibi promissum à patre fuisse, quo à tra dubitationem, in tanta hominum turba dignosceret illũ, qui baptizaturus esset omnes in spiritu & igni. Atq; his ceremonijs dominus Iesus, declaratus & consecratus est magister noster, cuius Theologiam quisquis sequetur, is uere beatus erit.

CAPVT IIII.

AC ne his quidem iactis exordijs statim prosilit ad prædicandum, licet cœlitus autoritate tradita, sed subito à turbarum oculis subducit sese in solitudinem, quod secessus à populi cõmercio, & auget autoritatem, & acuit desiderium. eos autem potissimũ aggreditur spiritus ille instigator malorum, qui relictis mundi cupiditatibus, puram ac cœlestem uitã meditantur. Hoc igitur tacite nos docens Iesus, petit solitudinem. Idq; facit nõ hortatu cuiusquã, sed suo ipsius spiritu. Nam qui baptizatus est, iam exuit affectus carnales, & factus regeneratione spiritualis, spiritus sancti ducitur & agitur arbitrio. Non meminit Bethlehem, nõ repetit Nazareth, non redit ad matrem aut nutriciũ, sed impetu raptuq; spiritus, ueterum prophetarum exẽplo nemorum deserta pe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſerta petit. Vegetat animum tyronis Chriſtiani ſeœſſus, & aliquoties tutius eſt, ſe feris cõmittere quã hominibus Baptiſmus aufert omnia delicta uitæ ſuperioris, ſed ob hoc nemo tutus eſt ab inſidijs ſatanæ, q̃ ſoœorditer agit. Alioqui prauæ cupiditates meditantur repullulaſœre, præſertim in rudibus, & nuper initiatis Chriſto. & improbus ille ſatanas, tam inuidus humanæ ſalutis, quàm Chriſtus eſt auidus, miris aniaulis & inſidijs ſollicitat ad defectionẽ, ut maiore tyrãnide poßideat relapſum, quàm antea poßederat ſuum. Aduerſus hæc periaula Chriſtus demonſtrat tribus potißimũ rebus occurrendum. Crebris ac puris precationibus, fuga turbæ, fuga luxus, & abſtinentia, non ſine diligenti meditatione diuinarum ſcripturarum, ne perniaem adferat ignaua ſolitudo. Et quoniam arduam hanc & angeliam uitam molientibus, potißimũ diabolus ſolet inſidias ſtruere, Chriſtus ipſe uelut optimus doctor progreßus in paleſtrã, ſuos athletas docuit, quibus modis ſuperãdus ſit ille maliaoſus, callidus ueterator, quanquã nihil poßit aduerſus ſobrios ac uiglantes, totoq̃; pectore fidentes ſcripturis diuinis. Quin & hoc interim agebat dominus Ieſus, ut ita paulatim hoc myſterium innoteſœeret mundo, ut ſatanas qui non ob aliud œrtum ſàre cupiebat, num hic eſſet filius dei, quem audierat hoc titulo à patre honoratum, niſi ut redemptionem humani generis impediret, ſic in anàpiti teneretur, ut non ante œrto noſſet hũc

eſſe

esse Messyam, quàm suam tyrannidem subuersam cernè ret. Simul & illud nos commonefacit Christus, nemi nem idoneum ad Euangelicam prædicationem, nisi qui iam sui periculo facto, firmus sit & ualidus aduersus o mnes mundanas cupiditates, luxum, & huius comites libidinem, ambitionem, auaricìam, & his consimiles, quibus hostis simplicium animos, uelut arietibus pulsat quatitq;. Quum igitur Christus inediam ad quadragesi mum usq; diem produxißet, Danielē, Heliam, ac Mo sen referrens, quod sic erat supra uires humanas, ut tamen ab hominibus factum Iudæi crederent, tandem ut manifestam humanæ imbecillitatis speciem daret, nō dißimulauit se famis molestiā sentire. Siquidem iuxta communem humani corporis naturā, humoris inopia, stomachum molesto sensu cruciabat. Id ubi sensit insidio sus ille tentator, ac nihil aliud quā hominem suspicans, licet admirabilem, hamum proijcit manis gloriæ illecē brainescatum, quod hinc maxime capiantur, qui uiden tur ad summa tendere. Si filius inquit es dei, quid opus est te fame cruciari? Dic potius ut hi lapides tibi uertā tur in panes. Nutu tibi potes præstare quod desideras. Dolosum insidiatorem sic elusit Christus, ut nec nomen filij dei recusaret, nec se fame uinci posse ut hominem quemlibet, demonstraret. Etenim ne sibi uindicaret au toritatem responsi, notißimam illi scripturam obijcit. Scriptū est, inquiens, in Deuteronomio. Nō ex solo pa ne uictu=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ne uicturus est homo, sed ex omni sermone q.p fiãsãtur ex ore dei. Elusus anãpiti respõso, iã & ipse sacræ scripturæ uerbis abutitur ad lædendũ. Sustulit illum diabolus in sanctã ãuitatẽ, & impositũ summo tẽpli pinnaculo hortat⁹ est, ut si uere filius dei esset, è sublimi se præãpitem daret, id illi impune fore, quandoquidẽ ita ꝓmisisset ipse deus in psalmo mystico. Angelis suis mandaturus est de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ. At dominus Iesus opposita scriptura taãte doæt, quàm ille peruerse torqueret sacræ scripturæ sensum. Eduerso inquit scriptum est in Deuteronomio, non tentabis dominum deum tuum. Siquidem ad hoc hortatur scriptura, ut in neæßitatibus ingruentibus bene speremus, auxilio diuino freti, non ut temere nosmetipsos in periculum præãpitemus. Piorum miraãula non probantur acæersendis periculis, sed depellendis quæ aliunde acciderint. Nec enim pium est quenq̃ in flumen præãpitare, ut eo liberato uir magnus appareas, sed eum qui cãsu delapsus sit eripere. Nec quauis de caußa, nec apud quosuis sunt ædẽda miraãula. Apud Herodem ãpidum harum rerum, ne loqui quidem dignatus est Iesus, tantum abest, ut in gratiam satanæ uirtutis diuinæ speãmẽ ædere uoluerit. Quoties id suadet afflata charitas, quoties id postulat gloria dei, tum exerenda est uis numinis. Iam quo suos doæret Christus, ne post unam aut alterã uictoriã securitati se traderẽt,

sed semper

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sed semper in exaubijs agentes, sese præberent paratos ad omnes satanæ assultus. diabolus à templi pinnaculo sublatum, in montem quendam uehementer æditum abduxit, unde liber undiq; & late patens prospectus, subijceret oculis omnia regna mundi, & admirandam auiusq; gloriam strepitumq;. Nimirum expertus erat, in cæteris hominibus nihil esse tam impium ac nefariũ, quod imperij caussa non auderẽt. Porrò quum deus sit omnium rerum autor & conditor, quæ in cœlis sunt ac terris, nec in his ullum ius habeat diabolus, nisi si quid ab ipso uiolatum est, tamen perinde quasi dominus oĩm, sic audet improbus loqui Christo. Hæc omnia tibi dabo, si proãdens adoraueris me. O cæcam impietatem, pollicetur aliena, & præmium petit sceleratus spiritus, soli deo congruens. At Iesus qui hactenus suam contumeliã moderate tulit, non fert patris ignominiam. Abi inquit satana, longe aliud docet diuina scriptura, quàm tu suades. Illa ait, dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. His atq; alijs modis quum tentasset eum diabolus, semper expertus athletam inuictum aduersus oẽs machinas, tandem reliquit eum. bis sua spe frustratus, primũ quod sensisset insuperabilem, deinde quod quũ expiscatũ uenisset, num esset filius dei, aliquanto mœrtior dimitteretur quàm uenerat. Hunc conflictũ tametsi deo dũtaxat & angelis testibus gestum, post suis ignotũ esse noluit dominus Iesus, ne ne sãremus cum quàm improbo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

probo hoste nobis res esset, & quibus autoramentis ille solliàtaret incautos animos, non ut desperaremus, sed ut uigilaremus. Viàt illum Christus ut nobis ostenderet uinà posse, & uincendi rationem docuit. Deniq; nobis uiàt non sibi, per nos eundem uicturus, si modo promerebitur illum nobis habere præsentem. Audiet & à Christo per nos, abi Satana, metuetq; famulos eius, à quo uictus est. Porrò quemadmodum in humana militia uiæ rerum sunt, & labores oào, dura iucundis recreantur, & post diros conflictus cælebrantur epiniàa, ità in Christi militia semper aspera lætorũ uiàssitudine mitigantur. Post toleratam impuri spiritus improbitatẽ mox adsunt angeli, & Christo uictori subseruiunt. Hæc uideliàet rerum imago nos doæt, ut in rebus tristibus, spe lætiorum fulàamus animum, dei bonitate freti, qui sic moderatur omnia, ut uiàssim & rebus asperis exeræat, probetq; militum suorum fortitudinem, & rursus solatio quopiam inuitet ad gratulationẽ, & gratiarum actionẽ, qui Christianorum triumphus est, qui & in afflictionibus inuicti sunt præsidio dei, & si quid prosperitatis affulserit, id totum asscribunt bonitati munificæntiæq; diuinæ. Ita fit, ut nec sæuiẽte fortuna deijàantur animo, nec rebus prosperioribus insolescant. Quum igitur Christo satis esset conàliatum autoritatis & opinionis, præsertim quum Ioannes illum ueluti tradens & commendans suis disàpulis, digito demonstraret ac diæret. Ecæ agnus dei,

Audiẽs aũt Iesus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ecce qui tollit peccata mundi, quum superato diabolo, totus afflatus esset spiritu sancto, nihil restabat, nisi ut auspicandæ prædicationi tempus ac locus sumeretur. Ioannes nullum ædiderat miraculum, sola pœnitentiæ prædicatione contentus, Christus illo prædicante siluit, ne quid dissidij nascæretur inter utriusq; discipulos, ut adhuc erant rudes, & carnem sapientes, humanis affectibus obnoxij. Porrò boni doctoris est, sese ad captum eorum quos instituit demittere. Verum tum demum aggreditur docendi negodium, ubi rumor uulgasset Ioannem ab Herode tetrarcha fuisse coniectum in uincula, nimirum ferens præmiũ quod solent, qui apud huius mundi principes audent liberius admonere, maluntq; salutaria dicere quàm iucunda. Admonuerat enim tetrarcham de incesto conuugio, quo sibi Philippi fratris uxorem adiunctam habebat. Et gaudent nonnunquam etiam mali principes habere domi uiros insigni probitatis opinione celebres, & commendatos, non ut horum consilijs obtemperent, sed ut quod agunt ex animo suo, ex horum consilijs agere uideantur apud ignaram plebem. Atq; in alijs quidem rebus leuioribus frequenter illius monitis paruerat. hic ubi præcipue conueniebat obtemperare, ad impuræ saltatricis libidinem, & turpissimæ matris affectum, uirum optimum in carcerem detruserat, ac deinde crudelissima necæ tanti uiri, conuiuium suum natalicium, & procerum suorum oculos funestauit. Hoc igitur

igitur quum audisset Iesus, non quod metueret ipse, sed uti doceret suos, non esse ultro accersendum periculum si liceat uitare commode, sed quoties oppressit fortiter esse negligendum. Relicta Nazareth secessit in Galilæam gentium, in qua Solomon uigintiquinq; ciuitates donauit Hire regi Tyriorum, & contulit se in ciuitatem Capernaum, ob hoc dictam maritimã, quod finitima sit stagno Genazareth, in finibus Zabulon, & Neptalim, uidelicet duarum tribuum, in quarum priore est Galilæa, in altera Galilæa gentium cognominata, Christo iam tum sub hac imagine, æu minitante fore, ut Iudæis respuentibus & affligentibus Euangelij præcones, ad gentes euangelium deferretur. Ac ne quis hoc fortuito sic usu uenisse putet, sic fore iam olim prædixerat Esaias, quum fatidico afflatus spiritu canteret. In terra Zabulon & terra Neptalim, quæ finitima est littori marino, in Galilæa quæ dicitur gentium, populus qui ante hac habitabat in tenebris uidit lucem magnam, & admirabilem, & ijs, qui ante uersabantur in densissima caligine, qualis est apud inferos, exorta lux est. Itaque quod ad tempus attinet, ubi desijt Ioannes, incipit Christus. Siquidem ad Euangelij clarissimam lucem, euanescunt umbræ legis Mosaicæ. Quod ad locum pertinet. Ad primam afflictionem sancti præconis, ad gentium nomen itur, & lux quam Iudæi cupiditatibus excæcati, ferre non poterant, ad gentes Idololatras demigratura pingitur,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sed sic ut à confinio non recedatur, ut utrinq; possit audi ri tuba uocis Euangelicæ. Quanquam & alioqui non inutile theatrũ erat ea regio, propter commoditatem portuum, & aliquot celebres ciuitates, in littore sitas, quæ ob commercia negociationum à longinquis etiam frequentabantur. Nunc exordium prædicationis audiamus. Vt Ioanni successit, ne ab se alienaret, quos illius admiratio iam totos occuparat, à nota & familiari illius doctrina rem auspicatur, lactans interim infirmos, ut post solidũ illis cibum proferat iam firmioribus. Hic nimirũ est ordo doctorum, qui malunt prodesse auditoribus, quàm semet apud alios ostentare. Est autem Christi prædicatio non solum mitior quàm Ioannis, (nulla enim hic securis aut uentilabri, aut ignis nunquam extinguendi mentio) Verum multis beneficijs in omnes atra discrimen accurrentes commendata. Clamat igitur & Iesus, ueluti Ioannem referens, resipiscite, pœniteat uos uitæ prioris. Iam enim instat regnum cœlorum, quod quum nulli sit claudendum, nullis tamen patebit, nisi puris, & cœlestia quærentibus, & quicquid est terrenarum cupiditatum amputantibus. Quid hac philosophia simpliciusꝰ Sua cuiq; mala displicant, & gratis adsunt omnibus bona cœlestia. Iam uero tempus erat, ut ipse quoq; Iesus chorum aliquem discipulorum colligeret, quos familiares haberet testes omnium quæ faceret ac diceret, & per quos alios deinceps doceret. Sed aduerte quales sibi delegerit,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

delegerit, non philosophos, non pharisæos, non sacerdotes, non opulentos. Noluit enim euangelij gloriam ullis mundi præsidijs inquinari. Sed quum ambularet iuxta lacum, quem diximus esse in confinio utriusq; Galilææ, conspexit duos fratres germanos, quorum alteri nomen erat Simon, qui idem dictus est Petrus, alteri nomen Andreas, patri nomen erat Ioannes. Hi prius audito Ioanne, eius hortatu sequi cœperant Iesum. Sed utroq; relicto redierant ad artem, qua soliti sunt sibi parare cibum Iamq; satagebant in suo negocio, mittentes rete in lacum. Ominis erat boni, primum iuuentus nouæ doctrinæ capacior, deinde fratrum concordia sese mutuo studio iuuantium, ad hæc ars innoxia, è publico lacu tenuem uictum parans, deniq; piscatio ipsa nouæ piscationis admonebat, non quæ lineis textis captaret pisces in cibum uentris, sed quæ reti sermonis Euangelici captaret homines immersos terrenis curis ad desiderium uitæ cœlestis. Itaq; corporis intentos necessitati Iesus interpellans, me inquit sequamini, & à me discetis artem, certe meliorem quàm à patre didicistis. Nec artem tamen deseretis, sed in melius commutabitis. Siquidem efficiã posthac ut sitis piscatores hominum, ut qui nunc pisciculis insidiamini in perniciẽ, homines capiatis in salutem æternam. Agnouerunt uocem eius cui aliquando crediderant, & cuius humanitatem domestico colloquio fuerant experti. sed addita uoci energia perficit, ut protinus ad uocem uocantis,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non solum obliuiscerentur piscium, uerum etiam retia ut erant relinquerent inibi, ac ne domesticis quidem salutatis, Iesum (ut illic ambulabat) sequerentur. Nihil adhuc praeclari uiderant in Iesu, & tamen nihil contati, nec solliciti unde uictus in posterum suppeteret, simplici uerbo uocanti sese adiungunt comites, ne morte quidem diuellendi. Hinc aliquantulum progressus Iesus, conspicatus est alios duos fratres, Iacobum & Ioannem filios Zebedaei, magis etiam placuit fratrum & patris concordia. Omnes eadem habebat scapha, rem eandem molientes, nimirum quod Petrus & Andreas. Sed his in mora erant rupta longo usu retia, tenuitatis argumentum. In his igitur reconcinnandis ac sarciendis uehementer intentos, interpellauit Iesus, uelut obiter praeteriens, iussitq; uti sese sequerentur. Nec mora, simplicissimae fiduciae iuuenes, ilico relictis retibus, ac ne patris quidem memores, Iesu comitatui sese adiungunt. Sic illos formauerat Ioannis praedicatio, sic merebatur animi promptitudo, sic illos attraxit afflatus Christi, qui totus spirabat coeleste numen, quo plenus erat. Videtis exordia nostrae philosophiae, per quam uisum est deo seruare genus humanum uniuersum. Videtis pompam ac strepitū Euangelicae scholae. Paucis hisce piscatoribus idiotis, plebeis, & pauperculis, comitatus pauper ipse Iesus obambulabat per totam Galilaeam, non iam in angulis aut in deserto, sed in frequentibus illorum Synagogis, praedicans

& an=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& annuncians adesse iam olim promissum regnum cœlorum, non territans metu gehennæ, quemadmodum fecerat Ioannes, sed beneficijs gratuitis inuitans, & alliciens omnes. Etenim quocunque sese conferebat, gratis & citra discrimen medebatur omnibus omnium morbis neq; repellens quenquã quàmlibet humilem ac plebeũ, & eadem facilitate profligans omnem morbum, quantum uis insanabilem, quo simul & miraculis potentiam suam declararet, humana maiorem, & beneficentia gratuita sibi conciliaret amorem omniũ. Libentius enim illi credimus, quem amamus. Porrò beneficijs conciliantur & feræ. Nullum autem beneficium diuinius, quàm restitutæ sanitatis. His rebus factum est, ut rumore per omnem Syriam sparso, plures etiam è longinquo deportarent suos, uarijs morbis & cruciatibus obnoxios, ad hæc dæmoniacos, lunaticos, & paralyticos, quos medici ferè aut non suscipiunt curandos, aut frustra curare solent. nimirum artem superante malo. At Iesus non humanis pharmacis, sed uirtute cœlesti, qua poterat & mortuos excitare, nullo negocio sanabat omnes. Parum erat illi tollere morbos corporum, qui tollebat morbos animorum. Minimum erat illi remorari uitam corporis, qui uenerat omnibus largiturus uitam æternam. Confluxit igitur hinc atque hinc ingens hominum turba, non solum è Galilæa gentium, in qua uersabatur, uerum etiam ex altera Galilæa, quæ erat ultra lacum, &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

regione quæ ob decem ciuitates, quas complectitur, Decapolis dicta est. Item ex Hierosolymis, reliquaq; Iudæa, ac locis ultra Iordanē sitis. Ad beneficiū affluunt omnes quum est opus. Nouitatis admiratione pleriq; ducuntur. Nonnullos trahebat liuor, & insidiandi libido. Omnes, quod qdē in ipso est, attrahit Iesus, sed paucī sunt idonei cœlesti philosophiæ, cuius tradendæ gratia potissimū uenerat. Populū aura corporis mouet, qui gaudet nouis spectaculis oculos pascere. Sed huiusmodi theatro non admodum delectatur is qui perfecta quærit, longeq; semota ab affectibus popularibus. Ca. V.

IEsus igitur conspicēs turbam indies magis ac magis densari, promiscuis hominum generibus, ueluti subducit sese ab humili loco, qui facile patebat quibuslibet. ac monte consæso, iam cœlestis philosophiæ doctorē agere cœpit, ipsa loci cælsitudine declarans, se nihil plebeū aut humile traditurum, sed arduā cœlestiaq; omnia. Simul Mosi referens exemplū, qui legem proditurus populo montem ascendisse legitur. Ascendētem sequuti sunt discipuli, quos sibi peculiariter delegerat, sic tamen ut turba non sit prohibita sequi, si quibus tantum ardoris ac roboris adfuisset. Itaq; superato montis fastigio, consedit Iesus, nō uti fessus, sed uelut arduā quædam, magisq; seria docturus, quæ attentum auditorem requirerent. Id ubi sensere discipuli, propius illum cinxerunt, ne qd illius sacræ doctrinæ posset euenire. Iesus igitur non ex

aræ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

arce aureo solio, aut superãlioso philosophorum pulpito, aut arroganti pharisæorum cathedra, sed ex herbido thoro, diuinam ac salutiferã illam suam philosophiã auspicaturus. Vertit oculos non in turbam, sed in discãpulos, & aperto sacro ore suo, Euangelicæ doctrinæ nõdum audita dogmata cœpit depromere, plurimum abhorrẽtia ab omnium opinione, qui mundo uidentur admodum sapere. Beatitudinem polliẽntur omnes, qui se doctores sapientiæ profitentur. Beatitudinem expetunt omnes cuiusunq; status sunt aut conditionis. Sed quibus in rebus sita sit hominis feliãtas, hinc multa inter philosophos controuersia, multus in uita mortãlium error. Hic quoniam scopus est, & fundamentum totius sapientiæ, primũ expliãt Iesus, paradoxa docens, sed uerissima, & ideo miraãlis præstruxit fidem sermoni incredibili, ut qui uirtutem ipsius experti essent efficãcem in sanandis corporum morbis, confiderent & doctrinam esse uerãcem, quã mederetur morbis animorum. Hæc tamen audierunt discãpuli paua, & beatitudinem sunt amplexi. Audiant omnes, nam omnibus loquutus est, & omnes reddentur felices. Ex falsis opinionibus oriuntur omnia peccata uitæ. His igitur eximendis ante omnia studendum est. Quoniam perniãosissimus animorum morbus est ferãtas, & arrogantia, quæ non sinit hominem esse cãpãcem ueræ doctrinæ. Immo fons est unde ferè scatet quicquid est cãpitãlium uitiorum, huic pirmũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Beati pauperes spiritu.

medetur Iesus. Beati inquiens pauperes spiritu, quoniã eorum est regnum cœlorum. Quorum aures tulissent uocem tam inopinabilem, nisi post tot testimonia Ioãnis, patris columbæ, postremo præsentibus signis fuisset autoritas cõmendata, & conciliata fides? Multos rei familiaris tenuitas, generis humilitas, conditionis obscuritas, fortunæ aduersitas reddit abiectos & humiles sibiq; displicentes. Sunt hi quidem uiciniores Euangelicæ beatitudini, si quo uocat fortuna, sequantur animo. Verum hæc spirituum humilitas in affectu sita est, non in rebus extrarijs. Sed unde regnum huic, qui nihil arrogat sibi, qui cedit omnibus, qui sibi displicet, qui neminẽ protrudit aut lædit? Is enim propior asininæ seruituti uidetur quã regno. Hoc hominum genus ubiq; conculcatur, læditur impune, uiuit abiectum & obscurũ, egens, ac destitutum. At qui uerum est quod dixit ueritas, horum tantum est regnum, sed cœlorum. An tu regnare putas istos feroces ac uiolentos? Seruitutẽ seruiunt, multos patiuntur tyrannos. Discruciantur auaricia, ira, liuore, cupiditate uindictæ, metu, spe. Vix uiuunt, tãtum abest ut regnẽt. At qui liber est his curis omnibus, fretus innocentia sua, fretus deo, fretus præmijs futuri seculi, tranquillo pectore contemnit ea, quæ sunt huius mundi, & sequitur bona cœlestia. nónne regnum obtinet lõge pulchrius ac magnificentius regno tyrannorum? Nõ huic imperat libido, non auaricia, non liuor, non ira, nõ

cætræ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cæteræ pestes animorum. Et armatus fide, quoties res postulat, imperat morbis, & fugunt. imperat undis & conquiesaunt. imperat dæmonibus, & emigrant. Tam potens est regnum animi, sibi diffidentis, ac deo fidentis, humanis diffisi præsidijs, & ex cœlo pendentis. Non diadema, non unguentum, non satellitum dant regnum. hæc sunt quæ uere regẽ faciunt, ac deniq; ad cœlestis æterniq; regni consortium euocant, ubi nulla iam erit rebellio. Regnum mundanum paratur uiolentia, feroia defenditur. Hoc regnum parit modestia, tuetur & constabilit humilitas. Mundus non iudicat regno gerendo idoneos, nisi qui generoso præditi spiritu ingentes tollunt animos. Deus ad suum regnum eos potißimum euehit, qui se maxime deijciunt. Pergit Iesus, & addit huic simile paradoxon. Beati mites, quoniã hij poßidebunt hæreditate terram. Qui nam sunt mites? qui nulli uim faciunt, qui læsi facile condonant iniuriam, qui malunt rem perdere, quã contendere, qui pluris faciũt cõcordiam & animi tranquillitatem, quã latifundium, quibus optabilior est quieta paupertas, quàm rixosæ diuitiæ. Sed hoc hominum genus solet suis agris deturbari, tantumq; abest ut aliena sibi parent, ut auitis etiam posseßionibus pellantur. Sed hæc est noua dilatandæ posseßionis ratio, ut plus impetret ab ultro largiẽtibus mãsuetudo, quàm per fas ne fasq; paret aliorũ rapacitas. Immitis ac ferox dominus, nec hoc poßidet qd' habet. Beati mites.

Placidus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Placidus autem qui mauult sua cedere, quàm pro his dimicare, tot loàs habet fundum, quot loàs repperit amantes Euangelicæ mansuetudinis. Inuisa est omnibus peruicacia, mansuetudini fauent & ethnia. Postremo, si perit possessio miti, damnum nõ est, sed ingens lucrũ, perijt ager, sed incolumi trãquillitate animi. Magno cũ lucro uẽdidit fundũ, quitauit tumultũ, & seruauit animi quietẽ. Postremo ut omnibus excludatur mitis, tanto certior est illi cœlestis terræ possessio, unde depelli non poterit. Mundus ut infelices deplorat, qui pulsi patria, solum uertere coguntur, sed Christus beatos pronunciat, qui ob Euangelium exulant, cœlo municipes asscripti. Exaussi sunt à iure ciuitatis uniuus, eiecti domo, profligati patria. sed Euangelico uiro totus mundus patria est, & pijs cœlum certissima domus est, patriaq; securissima. Vulgo misera res est orbitas, adeo ut quidam orbati suis affectibus, puta uxore, parentibus, fratribus, aut liberis, nonnunquàm sibi manus adferant. Et ob hoc adhibentur amici, qui luctus acerbitatem consolatione leniant. Sed beati qui lugent ob amorem Euangelij, qui uel distrahuntur à suis affectibus, qui quos habent charissimos uident ob Euangelicam iusticiam affligi truciariq;, qui spretis huius mundi uoluptatibus, in lachrymis, in uigilijs, in ieiunijs uitam trãsigunt. nam his spiritus ille cœlestis aderit, secretus consolator, qui temporarium luctum inæstimabili mentis gaudio pensabit, inte-

Beati qui lugent.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bit, interim mox ad æterna gaudia transferẽdis. Humana consolatio frequenter ægritudinem, dum mederi studet, exasperat. At spiritus ille uerus consolator, sic intus exhilarat animũ sibi bene conscium, deq; futuræ uitæ præmijs certum, ut in atrocissimis etiã corporum afflictionibus sibi gratulentur. Tantum abest ut sibi uideantur infelices. Publica omnium opinione res est acerba fames, & egestas res est uelis equisq; fugienda, neque quisquàm non eos beatos prædicat, qui rem familiarẽ luculenter auxerint, & constabilierint, ut liceat affatim frui. Sed nec opes quãlibet aggestæ saturant animum, neq; feliciras hominis uentris saturitate metienda est. Quos igitur Christus in hoc genere beatos pronunciat? Beati, inquit, qui esuriunt & sitiunt iustiãam. leuiter appetẽda sunt ista, quibus alitur, ac fouetur corpus, in quorum cura uulgus tam misere torquetur. Et expletos nõ nunquã magis cruciat saturitas, quàm fames cruciabat, & mox à saturitate recurrit sitis ac fames subinde sarciendã. Et ista pijs paruo contentis, nec præter necessaria quicquã desiderantibus, uel non solliciris ubiuis adsunt, eo nimirum suppeditante, qui pasit & passeculos & lilia. Felices autem, qui famem & sitim hanc à rebus corporeis, & perituris transferunt ad expetendam iustiãam Euangeliam. Vbi semper est quod esuriatur, semper quod sitiatur, & beata satietas est, & hoc ipsum beatitudinis pars est, esurire panem illum animi, de quo qui

Beati qui esuriunt.

ederit

ederit uiuet in æternum. sitire aquam illã uiuam, de qua qui biberit, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Vulgus existimat eos felices qui iuuantur aliena beneficentia, & subleuato gratulantur magis quã subleuant. At ego beatos pronuncio misericordes, qui pro charitate fraterna, alienam miseriam suam esse ducunt, qui proximi malis indolescunt, qui calamitatibus aliorũ illachrymant, qui de suo pascunt egentem, uestiunt nudum, monent errantem, docent ignorantem, condonant peccanti, breuiter qui quicquid habẽt dotis, id alijs subleuandis ac refocillandis impendunt. Non enim is sumptum facit, sed lucrum. Siquidem misericors ac beneficus in proximũ, sentiet deum erga se multo magis misericordem, ac benignius beneficum. Condonasti proximo delictum aliqd' leuiusculum, tibi deus condonabit omnia peccata. Remisisti fratri uindictam temporariã, tibi deus remittet pœnam æternã. Subleuasti tua pecunia fratris inopiam, tibi reddet deus opes suas cœlestes. Apud homines pauperescũt misericordes, dum largitione exhauriũtur facultates, sed apud deum locupletantur, dum exhausto scrinio, pectus pietatis fructibus cumulatur.

Beati misericordes.

Beati mundo corde.

Vulgus hominũ infelices appellat orbatos oculis, & q̃ hoc sensu longe gratissimo carent, negant se uiuere, sed mortuorum similes, in tenebris agere. Tam suauis res uidetur oculis intueri lucem, & hoc pulcherrimũ mundi theatrum contemplari. Quod si res tam optanda uidetur aspi

detur aspiere solem oculis corporeis, quanto felicius est oculis animi contueri deum, solis & omnium rerum cõditorem. Vidistis exilientes gaudio, quibus adempta cæcitate contigit intueri lucem, nec aliter sibi gratulari, quàm si redissent ab inferis. Quanto beatiores quibus adempta mentis caligine, datum est intus cernere deum, totius lætitiæ fontem, quem uidere summa est felicitas. Quod sol est puris oculis, hoc deus est puris mentibus. Quod pituita, aut squamæ sunt oculis, hoc peccata sunt animis. Beati igitur quibus cor est ab inquinamentis omnibus purum & illibatum. nam his dabitur, qd' est omnibus huius mundi uoluptatibus optabilius, uidere deum. Vulgus mortalium beatos iudicat, qui rebus ex animi sententia compositis, degunt in otio, neq; quenquam habent, qui sibi facessat negotium. At me iudice beati sunt, qui postquam ipsi cupiditatũ omnium rebellionem in animo suo compresserunt, student & inter alios dissidentes sarare concordiam, non solum non ulciscentes si quid læsi sunt à quoquã, uerumetiam ultro inuitantes ad pacem, à quibus sunt offensi. Quod si cui durũ uidetur, audiat præmium. Quoniam tales filij dei uocabuntur. Quid honorabilius hoc elogio? Immo quid beatius? Nec enim est inanis titulus. Qui filius sit, idem & hæres sit oportet. Sed nothum arguit morum dissimilitudo, germanum & gnesion patris imitatio. Deus gratis condonans omnia peccata, mortales omnes,

Beati pacifici.

à quibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

à quibus fuerat offensus inuitat ad pacem, & amicitiam. Vltro se præbet propitium omnibus, qui resipiscunt. Is non agnoscet pro filijs suis, nisi qui tales se præbuerint aduersus fratres suos, qualem ipse se præbuit aduersus uniuersos. Patres carnales exhæredant filios, quibus non conuenit cum reliquis fratribus. Ita pater cœlestis abdicaturus est, pacis osores, ac dissidiorum autores.

Beati qui persecutionem patiuntur.

Quoniam autem plures ubiq; sunt improbi, non potest cum omnibus constare pax, nisi tolerantia malorum. Piorum est omnibus modis adniti, ne quod habeant dissidium cum ullis hominibus, siue boni sint, siue mali, omnes comitate, lenitate, beneficẽtia sunt, quoad fieri potest, ad amorem & concordiam inuitandi, sed quorundam tanta est peruersitas, ut benefactis etiam irritentur, & affligant benemerẽtes, sæuiant in beneficos, seruare cupientes duant pro hostibus. Hic si pax utrinq; constare non potest, tamen illi interim ob pacis studium erunt beati, quum illos impij persequentur, non ob aliud, nisi ob iustitiam Euangelicam, quæ nullum lædit, prodest omnibus. Siquidem hoc ipsum conatur illorum odium, ob qd amare debuerãt, nec ob aliud referunt iniurias, nisi cuius nomine debebant agere gratias. Dicet aliquis. Quis posset amare tales, qui pro beneficijs reponunt odium, & malefitia? Ardua res est fateor, sed ingens est præmium. Quod autem præmium? Non querna laureaue corolla, non bos aut hircus, sed regnum cœlorum. Ad hanc palestrã

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hanc palæstram uos paretis oportet discipuli mei, si uos capiant Euangelicæ felicitatis brauia. Non est quod uos terreat humana crudelitas. Nemo uos lædere poterit, si mordicus tenueritis iustitiam. Persecutio malorum non auferet innocentiam uestram, sed augebit beatitudinem. In medijs etiam malorũ procellis uos beati eritis, quum uos diris execrationibus deuouerint, quum omni malorum genere impetierint, quum probrorum & criminũ omne genus in uos torserint, idq; mentientes, non uestra culpa, sed odio mei, siquidem summa criminum erit esse Christianum. Ne deplorate uos ipsos, ut afflictos, ut explosos, ut infames, quin potius ob hæc ipsa gaudete, & exultate, quod quo magis illi sæuierint persequendo, hoc magis uobis crescit, & accumulatur præmium uobis à patre repositum in cœlis. Illorũ malum deus uertet in bonum uestrum. Damna ab illis illata uertet in lucrum. Ignominiam ab illis illatam, uertet in æternam ueramq; gloriam. Crimina probraq; ab illis falso intentata, uertet in titulos & elogia ueræ pietatis. execrationẽ illorum uertet in laudes, & gratulationes, non solum apud deum, cui placuisse abunde satis est, etiam si toti mundo displicatis, sed interim etiam apud homines. Nã ab impijs ob pietatem uituperari, laudari est. ab osoribus dei cruciari, coronari est. Non est affectanda apud homines gloria, sed hæc ultro ueram uirtutem solet comitari. Vultis exemplum promptum, & euidens? Beati estis quum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quid hodie prophetarum memoria sanctius, aut uenerabilius? Et tamen hos quum in uiuis agerent omni malorum genere sunt persequuti, quibus & uos persequentur. Illos persequuti sunt odio patris, uos persequentur odio mei. Fortia sunt hæc, fateor, & humanam mediocritatem superantia. Sed insigne sit oportet, quod ui sua moueat ac pertrahat mundum uniuersum, dilutis opinionibus ac uanis cupiditatibus obrutum. Quis enim istorum non horret corporis cruciatus? Quis non ad uitæ discrimen intentatum expauesat? Quis non exardesat in uindictæ cupiditatem, atrocibus conuicijs incitatus? Quis impune toleret famæ suæ labem præter meritum aspergi? At ego plus etiam exigo à uobis, ut ob hæc mala uobis beati uideamini, ut cæcis persequutoribus miseriamini magis, quàm indignemini. Vt male precantibus bene precemini, ut perniciem uobis molientibus, offeratis salutem æternam. Hanc sublimem & heroicam uirtutem non præstabitis, nisi huc per gradus illos quos ante proposui peruenerritis. Si tumorem animi prorsus abiecæritis, si uindictæ cupiditatem expuleritis, si uoluptates omnes huius mundi spernentes uitam asperam amplectamini. Si prorsus extincta rerum humanarum cupiditate, nihil magnopere sitietis præter iustitiam & pietatem, si sic fueritis affecti, ut omnium malis succurrere cupiatis, & omnium seruire commodis studeatis. Si mentem habueritis ab omnibus uicijs prauisq; cupiditatibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

piditatibus puram ac synceram, nec alio spectantem, nec alio semet oblectantem, quã deo. Si ipsi pacatis animis ubiq; studueritis alendæ sarcĕdæq; concordiæ, tum demum præstabitis hæc, quæ cæteri mortales ne per somnium quidem adhuc possunt attingere. Sed tamen qui sanabiles erunt, qui mentis non omnino deploratæ, admirati tolerantiam simul & bonitatem uestram intelligent rem non esse fucatam, perspicient non esse uirium humanarum, uestroq; exemplo commotiuertentur ad meliorem frugem. Siquidem in hoc delegi uos paucos, ut non unam aut alteram ciuitatem, sed uniuersum mundũ adducam ad cognitionem Euangelicæ sapientiæ. Viuidũ & efficax sit oportet, qd̃ totius humani generis uitæ fluxarum rerum, cupiditatibus, ac stultis opinionibus dilutæ, condiendæ sufficiat. Vos enim in hoc delegi, non ut sitis mediocres aut tolerabiles, sed sitis sal terræ. Non opus est multo sale, sed efficaci, ut quicqd contigerit afficiat, & ex insipido reddat sapidũ. Ingens est terra, & tamẽ hoc qd̃ habet salsitatis, habet â paululo salis admixto. Et uidetis copiosum cibũ alioq fatui, diluticq; saporis, paululo salis asperso condiri. Fieri nõ potest, quin in magna hominũ turba reperiantur mediocres ac uix etiã tolerabiles. At in apostolis, in episcopis, in doctoribus, uiuidus ille, & perfectus Euangelicæ charitatis uigor perseueret oportet. Alioq si uestri mores fuerint amore laudis, cupiditate pecuniarũ, studio uoluptatũ, libidine uindicãdi

Vos estis sal terræ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

metu infamiæ, damnorum, aut mortis infatuati, quid tandem erit reliquum, quo multitudinis insulsa uita condiatur? Ita futurum est, ut non solum alijs condiendis, non sitis usui, uerumetiam ipsi ueniatis in extremum hominum contemptum, nequaquàm præstantes hoc quod docetis. Quid enim est fatuo sale contemptius, aiius ne ad agrum quidem stercorandum ullus est usus. quippe sterilitatem etiam adferens, si admisceatur? Ita uos admirabuntur homines etiam hij, qui uobis per inuidiã & odiũ oblatrabant, si senserint doctrinam uestram sapere uigorem Euangelicum, si uiderint uitam omnem doctrinæ respondere. Hac professione suscepta, aut magno usui omnibus sitis oportet, aut magno malo omnibus, aut ingentem gloriam apud homines reportetis, aut insignem ignominiam. Est autem ignominia magis morte uitanda, quæ redundat in infamiam Euangelij. Sitis igitur undequaq; syncri, & insigniter integri, quo uestra puritate corrigatur multitudinis impuritas. Talis sit uita doctrinaq; uestra, ut omnibus intuentibus sit dux regulaq; recte uiuendi. Vnicus est sol huius mundi, sed is est tam efficaci copiosoq; lumine, ut omnibus terram incolentibus è longinquo luceat. Sic uos in edito collocaui, ut quod loquimini, quod faciatis, non possit non per uniuersum orbem dispergi. Si solem obducant nubes, unde lumen mortalibus? Si uestra doctrina caligabit erroribus, si uestra uita mundanis cupiditatibus erit offuscata. quæ res dispellet

Vos estis lux mundi

ſpellet caligmem multitudinis? Cauendum igitur ne quid tenebrarum in uobis ſit, ne quid ſtultitiæ, non poteritis latere etiam ſi maxime conemini. Cogitate uos in totius orbis theatro fabulam agere, quo ſollicitudo uos acuat ad circumſpectionem ac diligentiam. In uobis exiguus lapſus fœdi criminis inſtar erit. Vos eſtis ueluti ciuitas in ædito monte ſita, longe lateq; conſpicua uiatoribus. Celari non poteſt etiamſi cupiat. Mons enim eminenti uerticæ, qui ſuſtinet illam, uelit nolit, reddit eam omnibus conſpicuam, ut iter monſtret errantibus. Hæc eſt euangelicæ doctrinæ natura, non ſinit ſui profeſſores latere, quamuis ipſi famam hominum fugitantes quærant latebras. Quur autem abſcondatur quod in hoc ipſum paratum eſt, ut ex æquo proſit omnibus? Ideo ſal adhibetur ut condiat, ideo ſol datus eſt orbi, ut lucat. Ideo ciuitas in montis cacumine conſtruitur, ut omnibus ſit conſpicua. Ideo noctu lucernam accendunt in ædibus, ut lucat omnibus qui in domo uerſantur. Et ideo non condunt accenſam ſub modio, ſed imponunt candelabro, quo lumen eius magis ad omnes perueniat, & uniuerſi luminis uſus, ad quàm plurimos manet. Sic non eſt uobis quidem affectandum, ut famam & opinionem paretis apud homines, tantum curate, ut lucem, quam in uobis accendi, ne obſcuretis, & in candelabro quo uos collocaui, perſeueretis. Non poteſt non condire ſal. Non poteſt non lucere lumen. Lucat igitur lux ueſtra, imò mea patriſq; cũctis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mortalibus, ut contemplantes uitam uestrã, undequaque puram, & inaulpatam planeq; cœlestem, glorificent patrem uestrum cœlestem, cui debetur omnis honos & gloria. Nihil enim ex omnibus bonis operibus aut miraculis quamlibet admirandis uobis uindicabitis, sed in illũ omnem gloriam, ac laudem transferetis, à quo profiãsãtur, quicquid apud homines cum laude geritur. Vestrum erit interim nihil aliud habere curæ, quàm ut delegato munere, gnauiter, bonaq; fide fungamini. Præmium ille suo tempore persoluet abunde magnum, cuius gloriæ militatis. Hæc noua præcepta quum auditis, quæ nec Moses tradidit, nec prophetæ docuerunt. nolite suspicari me simile quiddam adferre, quale solent pharisæi, sic additamentis suis, & humanis constitutiunculis suis aggrauantes legem, ut quod illius est præcipuum negligant aboleantq;. Nequaquam in hoc ueni, quo uel legem reddam dilutiorem, uel abrogem nouis præceptis. Quin potius ideo ueni, ut legem absoluam ac perficiam. Nihil enim illa præcipit, quod hactenus à me non obseruatum queri possint. Quod si lucæ prodita cædunt umbræ, si iam factis ipsis præsto, quod prophetæ futurum prædixerant, nihil legi derogatur, sed potius accedit perfectio. Habuit illa tempus suum, habuit honorem suum. Illa typis quibusdam adumbrauit, quod nunc orbi repræsentatur. Illa cæremonijs & præceptis carnalibus cæu cancellis quibusdam circumsepsit cupiditates hominum,

Nolite putare quoniam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

num, ne impune prolaberentur in omne flagitium, quo capaciores essent euangelicæ doctrinæ. Nunc quod perfectum est expromitur, illa carnalis & crassa hactenus profuit, ut homines peccatum suum agnoscerent, nunc absq; ceremonijs datur gratia, quæ peccata diluat. Non magis igitur illa læditur, quàm si pictæ imagini regis, rex ipse uiuus succedens, omnium oculos in se deflectat, aut si puer imbecillus, progressu temporis grandescat in uirum adultum, aut si frondibus & folijs succedat fructus maturus, aut si lunam & stellas, sol exoriens obscuret. Quod illa promisit, nunc exhibetur, quod prædixit geritur, quod adumbrauit, omnium oculis exponitur. Quod præstare conata est, nec potuit, nunc ad plenum præstatur. Lux hæc promittitur omnibus, sed ita tamen, ut Iudæi non habeant quod de nobis querantur. Illud habetote certũ, adeo non faciamus irritam legem qua pharisæi gloriantur, ut ex ea ne minimum quidem elementorum Iota, imò ne apiculus quidem sit ex uniuersa lege periturus, usq; adeo nihil in ea scriptum est, quod non sit perfidendum. Stultũ aũt sit expectare futurum, quod iam præsens sit, insanum sit sic umbris delectari, ut res ueras asperneris. Sic hærere imperfectis, ut perfecta spernas. Sic amplecti carnalia, ut spiritualia fastidias, sic terrenis affixũ esse, uti negligas cœlestia. Apud Iudæos cõtemptus habetur, parumq; legis obseruans, q quicquã eorũ præterit, quæ pharisæi de suo addiderũt,

Amen dico uobis.

Qui soluerit un. ex.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

præscribentes lotiones manuum, uræorum & uasorum & tamen hæc additamenta usqueadeo nihil conferunt ad perfectionem legis, ut frequēter abducant ab eius obseruatione. At in regno cœlorum quod est longe perfectius, qui soluerit uel unum ex his præceptis minimis quæ nunc addo præscriptis Mosaicæ legis, quum tamen doceat obseruandum, quod ipse per imbecillitatem non præstat, minimus, & contemptissimus habebitur, adeo ut ni profecerit ad meliora prorsus excludēdus sit, ab Euangelico contubernio. Cæterum quisquis docuerit hæc minuta non esse negligenda, quæ procul arcent ab his, quæ uetat lex, & quod docet præstiterit, is demum admirandus, & magnus habebitur in regno cœlorum. Et tamen in Synagoga summates habētur, qui negligunt huiusmodi, satis esse putantes quod nihil horum committant, quæ lex puniri iussit, quum interim in prauis animi cupiditatibus sibi ignoscant. Hæc uidelicet est eorū iustitia, quos pœnæ metus deterret à maleficijs. Cæterum quos charitas, quos spiritus ille cœlestis impellit ad perfectiora, procul & ultro se submouent ab omni confinio malefidorum. Et adeo nō lædunt quenquam, ut nec male uelint

Dico autem uobis.

cuiquam. Vt aūt intelligatis quantum inter sit inter Iudæū & Christianum, inter Mosi discipulum & meum. Illud affirmo uobis, si præstiteritis quicquid præscribit lex, quicquid præstant pharisæi, qui nunc habentur, ac sibi uidentur absolutæ cuiusdam iustitiæ, & si nihil adieceritis

ritis perfectius, adeo non eritis magni in hac professione, ut ne aditus quidem dandus sit in regno cœlorum. Tantum enim præcellit hæc professio, ut qui illic primas tenent, hic ne postremus quidẽ sit locus. Age dum, quo magis perspicuum fiat, quãtum adijciamus iusticiæ Pharisaicæ, quanq; nostra non pugnent cum legis præceptis. sed ea potius adiuuent, rem exemplis aliquot conferamus. Audistis quod maioribus olim sit præceptũ. Non occides. Quod si quis occiderit, conuictus & iudicatus dabit pœnas. Hactenus igitur legi uidetur fecisse satis, qui neminem occiderit, & legis minas effugit. Is uidelicet & uir iustus & innocens, recipietur in Synagogam. Nunc audite quantum ego adijciã. Siquidem illud affirmo uobis, quisq; irascitur fratri suo, obnoxius erit iudicio. Siquidẽ professionis sublimitas exaggerat culpam, ut quod in ueteri lege sit homicidium, hoc in noua sit impotens animi motus ad uindictam. Primus enim ad homicidium gradus est irasci. Nondum ille quidem perficit homicidium, sed tamẽ iam tendere cœpit ad homicidium. Itaq; iam nunc graue facinus admisit apud deum iudicem, qui fratri male uoluit. Quod ni mox represserit animũ efferuescentem, sed ira impotens erumpat in uocem, quæ nullo quidem certo conuicio perculiat fratrem, sed tamen eum manifesto contemptus indicio cõtristet, uelut si dicat, Racha, aut simile quiddam, quod animi maleuolentiam declaret, iam ut propior homicidio, non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dio, non solum obnoxius erit iudicio, daturus pœnam leuiorem, sed tamen homicidio parem, uerumetiam conci=lio, grauius etiam condemnandus. Porrò si rebellis animi motus huc proruperit, ut fratrẽ suum manifesto iam œrtoq; conuicio peraitiat, ut fatuum, aut aliud simile appellet, iam grauissimæ pœnæ erit obnoxius, nimirum gehennæ. Tot modis plectitur, qui nondum progressus est usq; ad homicidium. Sed homicidio confinis est, quisquis excidit à charitate fraterna. Nondum exemit gladium, sed perausit animo, quisquis iratus male uoluit. Perausit lingua, quisquis iratus conuicium dixit, fortassis & occisurus, ni pœnam metueret. Itaq; lex Euangelica, quæ punit etiam iracundum, non aduersatur præcepto legis. Non occides, sed longius aræt ac submouet ab eo, quod lex puniri iubet. Tutior est ab homicidio, quisquis iram & odium penitus exemit ex animo, qua quidem ex radice pullulant homicidia. Quisquis igitur sibi pararit charitatem Euangelicam, quæ bene uult etiam male uolentibus, quæ beneficio pensat iniuriam, nihil eget Mosaicæ legis minis, ad uitãdum homicidium. Odij extrema linea est occidere, Charitatis extrema linea est, etiam occidenti bene uelle. Atq; apud Iudæos quidẽ pius ac religiosus uidetur, qui male cogitans fratri suo, munus aliquod defert ad altare, quum deo nullum sacrificium sit acceptum absq; fraterna concordia. Vobis igitur prima debet esse cura pacis & mutuæ concordiæ.

Si ergo offers munus

Quod autẽ

Quod autem si, ut est humanæ naturæ imbecillitas, inäderit offensæ nõnihil inter fratres. rebus omnibus omissis date operam ut sarciatur concordia. adeo ut si forte iam adornes offerre deo munus aliqd' altari uicinus, atq; inibi uenerit in mentem tibi parum conuenire cum fratre tuo, siue quod iste offenderit, siue quod offensa quæpiam mutua contristarit amicitiam, ne conteris, ne differas, sed apud ipsam aram relicto munere, domũ properes, effiãasq;, ut ante omnia sarciatur tibi cum fratre amicitiæ dulcedo. Eo cõfecto redibis ad altare, peracturus sacrificium tuum. Adeo deo nullum donarium gratius, quã consensus hominum. Ex dilato munere nihil ille damni patitur, ex resciscta concordia multum imminet utrisq; periculi. Siquidem offensæ dilatæ gignũt odium, ex odio gignitur homicidium. Et deo nullum est gratum obsequium qd' non commendet charitas. Quod si mihi dixeris, Ego nihil cõmerui, prior ille redeat in gratiam unde nata est offensa, non audiam. Qui iubetur & inimicum diligere, non grauabitur sarcire gratiam, licet aliena culpa resciscam. Vltro condona noxam, & fratrem hoc mœrore subleua, qui te sibi putabat iratum. Non experieris deum tibi propitium, nisi proximus senserit te sibi propitiũ. Nulla erit apud deum muneris tui gratia, nisi tibi constiterit cum fratre gratia. Si apud deum tanti est hominũ concordia, ut patiatur interim se fraudari munere parato, modo illa sarciatur, quanto

Esto cõsentiens cum aduersario.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quanto iustius est hominem aiius interest, rei suæ dispen dio pacem & amicitiam redimere? Sed forsitan adeo qs reperietur iniquus, ut iniurius ultro in ius trahat, negocium etiam exhibiturus, ni te deprædetur. Iamq; accẽsis utrinq; animis, paratur dica, arritur ad iudices. Quæris quid hic faciam? Num legibus meum ius persequar? Si me audies, in uia pperabis cum aduersario tuo rem componere, uel æquis, uel iniquis conditionibus. Quantúmuis iniquis conditionibus cum illo transegeris, tamẽ lucrum fecæris. Peribit nummorum aliquid, sed seruata est res longe pretiosissima, pax & amicitia. seruata est animi trãquillitas, quam puta uel uniuersis facultatibus emptam, paruo emptam esse. Seruiendum erat aduocatis, & notarijs, sursum ac deorsum assidue ar sitandum Ambiendus fauor iudicum. Multa & faciendа & ferenda, indigna te. Et quum tempore nihil sit pretiosius, cogita quantum hinc fuerit insumẽdum. Vide igitur, quã non aspernandum lucrum fecæris, celeritate finiendæ litis, quum iudicorum interim incertus sit exitus, neque enim semper superior discedit, cui causa melior, siquidem periculum est, ne aduersarius uictor tradat te iudicì, iudex tradat ministro publico, per quem ducaris in carcerem. Quo si semel coniectus fueris, iam adempta facultate componendæ rei cum aduersario, non solum lucri fecæris corporis afflictionem & ignominiam, uerum etiam, non liberaberis, donec ad assem uniuersam resol uas summam,

uas summam, quam petebat aduersarius, quum minoris liuerit cum illo transigere, mitiore adhuc & minus irritato. Sic in sarcienda amicitia, noli esse morosus expensor, uter magis sit in culpa. Tantum hoc age, uel de iure tuo concedens aliquid, ut incolumis sit concordia. Hactenus exemplũ contulimus, de charitate & odio, in quorum altero radix est totius pietatis Euangelicæ, in altero pestis. Sed homicidio proximũ est adulterium, nec ulla charitas arctior, quã matrimonij. Cõferamus igitur & hac de re, quid lex præceperit uestris maioribus, & quantum nos adijciamus. Illis nihil aliud dictum est in tabulis, quàm non committes adulterium, si cõmiseris, lapidaberis à populo. Itaq; sanctus & integer habitus est apud Iudæos hactenus, quisquis suis contentus, abstinuit ab uxore aliena. Sed ad legem Euangelicam, quam ego defero, non solum committit adulterium, qui coniugem alterius stupro uiolat, & corpus corpore complectitur, uerum etiam qui oculis parum pudicis intuetur alienam. Vt enim homicidio uicinus est, qui fratri suo irascitur, ita tendit ad adulteriũ, cuius iam animus est impudicus, cuius oculi sunt adulteri. Non habet maritus, quur te ad pœnam adulterij uocet, sed habet deus quur te damnet adulterij, apud quẽ commisit flagitium, qui uoluit. Quod igitur in homicidijs est irasci, hoc in adulterijs est concupiscere. quod illic est dicere racha aut fatue, hoc hic est oculos pascere, & horum illecebris alienæ coniugis animum ad

Non mechaberis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mum ad impudicitiã solliciture. Verum hic dicet homo carnalis. Quis queat non animo saltem concupiscere qd' amat? Immo quis amabit uxorem alterius, cum suo periculo, cumq; mariti iniuria, qui sic est affectus animo, ut non solum uelit innoxium quenquã lædere, sed etiã ijs à quibus læsus est, beneficium pro maleficio reponere? Non poßum inquiet oculos claudere. Immo præstat oculum eruere, quã per eum capere iacturam pietatis. Immo nullum corporis membrum tam debet esse charũ homini, quin præstet amputare, quàm huius occasione quicquã ueris animi bonis decedere. Sic properandum est ad fastigium euangelicæ perfectionis, ut quicquid obstiterit huc eunti, protinus sit abijciendum, quantum uis dulce, quantum uis amabile. Lucrum est, aiu suis rei iactura parare margaritum Euangelicæ charitatis. Proinde si forte huc properanti obstaculo fuerit oculus tuus dexter, noli cogitare quàm res chara sit oculus, sed cogita à quanto pretiosiore remoretur. Nihilq; contatus effodias oculum remorantem, & eo obiecto propera, quo cœperas. Vbi totus homo de capite periclitatur, præstabilius est unius membri iactura, totius reliqui corporis salutẽ redimere, post hac luscus uiues. Quid tum postea? An non optabilius est luscum agere uitam, quã occidi neutro oculorum effosso? Nullum membrũ charius, aut ad plures usus magis necessarium, quã dextra manus. Quis hoc negat? Et tamen ea si remoretur ad hæc arduã properantẽ

Quod si oculus tuus dexter.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

per antem, unde pendet totius hominis salus, amputa remoratricem dextram, & abiecto onere expeditus eò, quo cœperas, propera. In hoc discrimine conducibilius est, unius membri quãuis chari fecisse iacturam, quàm toto corpore ruere in exitium gehennæ. Hoc si probant homines, quum non aliud est periculum quàm corporis, quanto magis id faciendum, quoties animi simul & corporis discrimen uertitur. Verum hæc docendi gratia per similitudinem à nobis dicta sunt. Neq; enim hoc sentio, consultum esse, ut quisquam sibi ipsi mẽbrum aliquod corporis amputet. Neq; enim membrorum natura mala est, sed abusus est damnandus, de membris animi loquor. Habet enim & animus sua membra noxia, quæ pium sit quàm ocyßime reddere. Amputato corporis membro, præter cruciatum hoc additur damni, qd' portionem semel amputatam, nunquàm liceat restituere. At amputatis animi membris noxijs, quod genus, odium, ira, libido, ambitio, auaritia, non solum non est mutilus animus, sed absolutior etiam est amputatis pdigiosis & noxijs partibus. Ac breuem amputandi molestiam, perpetua consequitur uoluptas. Diam explanatius, quo magis quid uelim intelligatis. Affectus mẽbra sunt animi. Sunt aũt affectus quidam, qui suapte natura ducant ad impietatem, quod genus sunt, ira, odium, liuor, appetentia rei alienæ. Horum si quid pullulare cœperit in animo, statim est excidendum.

Sic enim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sic enim & facilius, & tutius amputatur nascens malũ. Sunt rursus affectus per se neutiquàm mali, sed tamen qui per occasionẽ aliquoties abducant ab eo quod est optimum. Quod genus sunt, amor patriæ, affectus in uxorem, liberos ac parentes, aut alioqui cognatos & amicos, aut fama. Hæc membra si subseruiũt ad perfectionem Euangelicam properanti, non est quur amputes. Neq; enim mea doctrina pugnat cum naturalibus affectibus, sed naturam suæ puritati restituit. Porrò si casus inciderit, ut parẽtis aut uxoris aut liberorum affectus per occasionem te remoretur à studio pietatis Euangelicæ, & ad mundum retrahat, amputa noxiam pietatẽ. Quemadmodum qui noxias amputat cogitationes, non cor ipsum execat unde nascũtur, sed prauas cupiditates. Ita qui alienam uxorem iam aspicere cœpit, casto affectu, quo sororem aspiciat aut filiã, bene effodit noxium oculum, ut succederet columbinus. & qui manu qua solet alios spoliare, iam laborat ut subueniat aliorum inopiæ, bene amputauit rapacem dextram, ut succederet beneficia. Age iam & aliud exemplum conferamus. Lex Mosaica permittit, ut maritus offensus aliquo coniugis uitio dimittat eam suo arbitratu. modo dimissæ det libellum repudij, per quem illa possit alteri nubere, & priori marito ius adimatur repetendi, quam abiecit. Proinde legi satisfecit uir, qui quauis de causa repudiarit uxorem, modo libellum dederit abeunti, nec ille

Dictum est autem quicunq; dimiserit uxorẽ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nec ille uelut adulter iudicabitur, nec hanc quisquàm ut adulteram notabit. Et tamen lex optabat inter coniugatos amicitiam & concordiam esse perpetuam, tamẽ consca duriici cordis Iudaici, ne quid committeretur sceleratius. indulsit diuortium, ne ueneficium, aut homicidium perpetraretur. At ego uolo sanctius, & inuiolatius esse matrimonium, inter nouæ legis professores. Quisquis enim dimiserit uxorem suam, nisi forte adulteram ([redacted]) cogit illam ad adulterium. Siquidem si nupserit alteri, non marito nubet, sed adultero. Atque is qui sic repudiatam duxerit, non uxorem ducit, sed adulterã. Nihil horum punit lex Mosaica, sed tamen damnat lex Euangelica. Neque tamen hæc pugnat cum illa. Nam Mosaica laxauit ius repudij maritis, ne scelerati sæuirent in uxores inuisas, & tamen licentiam astrinxit libello repudij, ne uel clanculum id possent, uel temere dimissas reposcerent, quoties libuisset. Nec est ausa plus exigere in coniugio, quia non est ausa præcipere, quæ nos supra docuimus. Vir enim Euangelica præditus mãsuetudine, aut facile corriget mores uxoris, aut feret. Quando autem quæret dissidium cũ uxore, qui pacem habet etiam cum inimicis? Quando molietur exitium uxori, qui nec læsus irascitur, nec offensus male uult cuiquã? Aut quomodo non feret uxorem domestica consuetudine iunctam, qui tolerat etiam inimi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cum occidentem? Quod si lex hoc agit ut sanctum sit cõ iugiũ. neq; passim concessa diuortia. nos legem nõ solui= mus, sed adiuuamus, qui nullum uolumus esse diuortiũ, excepta causa stupri, quæ pugnat cum ipsa natura ma= trimonij. Siquidem ad hoc inductum est coniugium, ut mulier semel addicta marito, uni gignat, & uni obsequa tur. Porrò iam diuertit à marito, quæ sui copiam alteri fecerit. Proinde inter Christianos coniuges, nec graues inãdunt offensæ, nec ob leues, uel ille, uel illa quæret diuortium, sed protinus alter alteri reconciliabitur, si quid per humanam imbecillitatem inãderit. Audite iam & aliud. Nihil aliud audistis traditum maioribus, nisi ne peierarent, sed si quid iurassent, id præstarent, uelu ti iam obnoxij deo, non tantum homini. Apud Iudæos igi tur, non punitur nisi periurium. Cæterum qui non inter= posito iureiurando fallit proximum, impunitus est. At hunc condemnat lex Euangelica, [redacted] neq; per deum, neq; per ea, quæ uul= go uidentur minus habere religionis, hoc est, neq; per cœlum, quoniam thronus est dei. neq; per terram, quia scabellum est pedum eius. neq; per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis, nimirum illius, qui condidit et gu bernat uniuersa. Neq; quemadmodum barbari iurant, per caput alterius, in quod tibi nullum est ius, sed deo sa crum est, qui ut uoluit condidit omnia, quũ tu nec unum pilum

Audistis quia dictum est antiquis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pilum queas ex nigro facere album, aut ex albo nigrũ Quoniam autem omnia deo conditori sacra sunt, religio sum esse debet per ullam omnino rem deierare. Quid autem opus est ullo iureiurando inter eos, inter quos nec pro sua simpliciate diffidat quisquàm, nec pro sua synceritate fallere cupiat quisquàm, etiã si liceat impune, præsertim in rebus his, quarum cõtemptum profitẽtur. Inter uos igitur sanctior, ac firmior esse debet sermo simplex quàm apud Iudæos quàmlibet religiosum iusiurandum Apud uos enim, apud quos nihil esse debet in labijs, quod dissideat ab animo, non est alius usus sermonis, nisi ut mutuo sibi significent homines, quod animo sentiunt [redacted]. Abunde satis sunt duæ uoces. non & etiam. ut neges te facturum, quod nõ polliceris, & præstes quod simpliciore sermone te præstaturum receperas. [redacted]. Quod si quid his accesserit, ex uitio accesserit oportet. Aut enim parũ bene sentit, qui iurat, de eo cui iurat, aut diffidit is, qui iusiurandum exigit. At neutrum competit in uos, quos omnibus modis perfectos esse uolo. Itaque quum [redacted] uetem iurare, non abrogo legem, quæ uetat periurium, sed legẽ reddo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Audistis oculũ pro oculo.

pleniorem, ac longius ab eo submoueo, quod punit lex. Audistis quid in iniuria uindicãda patribus nostris lex indulserit. Oculum inquit pro oculo, dentem pro dente Nouerat enim animos illorum ultionis auidos. Hactenus igitur coherauit libidinem ulãscendi, ut ex iudicũ arbitrio delictum talione pensaretur, & oculum amitteret, qui alteri oculũ extudisset. & dente plecteretur, qui alteri dentem exaussisset. Propterea quod si iniuriæ uindicta permissa fuisset animo læsi, frequenter accideret, ut pro dente excusso uitam adimeret. Lex igitur hoc agebat, ne longius æquo procederet ultio? At ego legẽ hanc non abrogo, sed confirmo. Siquidem illud docco uos, pro quãlibet atrocibus iniurijs, nullã omnino uindictam esse reposcendam, nec ullum maledictum maledicto, nec damnum damno, nec iniuriam iniuria retaliandam, adeo ut si quis alapam impegerit in maxillã, quæ quidem contumelia uulgo uidetur intolerabilis, tantum absit ut illi regeres alapam, ut alteram potius maxillam illi cædendam præbeas, malisq; duplicatam iniuriam perpeti, quàm referre talionem. Quod si quis trahat in ius ut tunicam adimat, adeo non est cum illo contendendum, ut ãtius illi pallium etiam ultro cedas. Rursum si quis importunus conetur adigere te, ut ipsum ad mille passus comiteris aliquò, bis mille potius cũ illo ambules, quàm cum eo contentionem susãpias. Hac comitate tolerantiaq; fiet, ut nec is qui propensus est ad læ-

dendũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dendum exasperetur ad atrociora. & tu citius à molestia libereris, quã si malum malo propagaretur, & ex paruo reddatur magnum, ex uno multiplex, nec animi tranquillitatem amittas, & fortassis ex inimico tibi reddes amicum tua bonitate. Rem arduam agitis, ad hæc omnu studio contendendum est, contemptis interim hisce rebus leuioribus, quibus alij mortales, uel parandis augẽdisq;, uel uitandis totam uitam impendunt, quibus illud interim usu uenit, ut dum hæc uenantur, excidant à bonis cœlestibus, nec hic suauiter uiuant, ipsi sibi molestijs molestias acumulantes, uarijsq; simultatibus et odijs semet inuoluentes. Harum rerum contemptu, quæ nec si adsunt pios, nec si desint impios faciunt, uos & odium redimetis, & amorem ac beneuolentiam uobis comparabitis, & doctrinæ uestræ conciliabitis fidem & autoritatem. Itaq; si quis tibi molestus est ob uestem, uas aut aliud simile, cuius auidus est, ut abs te auferat, potius quã alijs uijs tibi struat insidias, da flagitanti. simul & illum deuincturus beneficio, & te molestia liberaturus. Rursum si quis pecuniam abs te petit mutuo, ne grauere dare, etiam si nihil inde sit ad te rediturum, non solum ex usura, sed ne sorte quidem. Nam qui mutuum dat ad usuram, non tam impartit sua, quã uenatur aliena. Et quur graueris ei dare mutuo, fortassis ad te nunquàm redituru, cui debebas & dono dare, quod tibi supererat, & illi deerat? Ita uestro exemplo discent homines,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hæc esse prorsus negligenda, quorum gratia ipsi nihil non & patiuntur, & faciunt. Accipite iam et illud [redacted] quod habetur in lege [redacted]. Diliges inquit proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Beneuolentiam exigit, sed erga beneuolos ac benemeritos, cæterum permittit male uelle ijs, qui nos lædunt. Vide quàm huic præcepto non derogem, sed quantum adijciam. Siquidem ego non contentus mutua in amicos beneuolentia, illud à uobis meæ doctrinæ sectatoribus exigo, ut diligatis & inimicos, & ijs qui uos odio prosequuntur, non solum non respondeatis odio mutuo, uerũ etiam beneficijs ad amorem prouocetis. Quod si illi fuerint usq; adeo efferati, ut beneficio uestro nolint uti, sed sine fine uos impetant, & maledictis, ac malefactis incessant, uos tamen in medijs afflictionibus, adeo non mutetis animum uestrum, ut pro illis rogetis deum, quo resipiscant. Hac bonitate utentes erga uniuersos & bonos & malos, declarabitis uos esse non degeneres filios patris cœlestis, qui cupiẽs omnes seruari, tam multa bona largitur dignis & indignis. Patitur enim solem suũ esse communem & ijs à quibus colitur, & ijs à quibus contemnitur, ac pluuiam suam patitur utilem esse, iustis pariter & iniustis. malos suo beneficio prouocans ut resipiscant. bonos excitans, ut gratias agant. Similitudo morum uos asseret patri cœlesti, & ab eo profectam credent uestrã doctrinam, si conspexerint in uobis

Diliges proximum tuũ et odio habebis inimicum.

bis

bis illius insignem bonitatē. Alioqui si diligitis diligentes, si bene faciatis, bene de uobis meritis, si bene uultis beneuolis, crimen effugistis, non promeruistis laudem. Non referre beneficium, ingratitudo est, etiā apud ethnicos & publicanos execrabilis, quorum institutum infame est etiam apud uulgus. Naturæ est, non Euangelicæ uirtutis redamare amantem. Et si uos comes & affabiles præbueritis erga cognatos, aut populares uestros tantum, cæteros uelut alienos, nec salutationē dignemini quid eximium faciatis? Nonne idem faciunt Ethnici? Vulgaria sunt ista, quæ non arguunt bonos, sed homines tantum. Neq; possunt uideri præclara, quæ cadūt & in malos. Vos igitur uolo perfectos esse, & admirabili quadam lucē bonitatis referre patrē cœlestē, qui quū sit omnipotens, tamen sua bonitate prodest oībus, nihil à quoq; expectans mercedis. Mitis et clemens est erga uniuersos, quum possit illico si uelit ulciscī.

CAPVT VI.

Ostendi quibus rebus oporteat uos excellere iustitiam scribarum, & pharisæorum, si uelitis esse mei discipuli. Nunc ostendā in his quæ uobis uidētur, cū illis esse cōmunia, quid sit uitandū. Est enī tacita quædā pestis, quæ ferè uitiat omnia pharisæorū beneficta, sicut apud deū nullam omnino laudē promercantur. Res est sctā, beneficētia subleuare egētes. Res pia est, puris precibus cū deo colloqui. Res est religiosa ieiunium, atq; harum rerū ostentatione pharisæi sibi uindicant opinionem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nem eximiæ cuiusdam sanctimoniæ apud homines, quum deo displicant, qui non faciem intuetur, sed cor. Itaq; merito displicent, quia cor habent inani gloria uiciatum. Auram populi uenantur, potius quàm bonam conscientiam apud deum, & dum hic captant inane præmium, frustrantur eo quod solum erat expetendum. Hæc pestis per auriculos quosdam irrepens, clanculum insidiatur etiam ijs, qui in uirtutis stadio aliquo usq; progressi uidentur. Vos igitur hac in parte cautos ac circumspectos esse uolo, ne quum erit aliquid piorum operum præstandum, ideo malitis apud homines facere, quàm soli, ut ab illis conspecti laudem & gloriam humanam ueneminí. Semper benefaciendum siue uideant homines, siue non uideant. Semper enim uos intuetur deus, à quo præmiũ expectatis. Alioqui si ex benefactis laudem captatis apud homines, præmium amittitis apud patrem cœlestẽ. Non est semper celandum bonũ opus, sed non est agenda fabula conspectibus humanis, uelut histriones è proscenio saltantes fabulam, quibus nihil aliud studio est, quàm ut oculis & auribus populi placeant. Atqui non potest semper optima sequi, qui semet ad uulgi iudicia accõmodat. Sic enim est obseruiendum hominibus, ut illos ad uestros mores pelliceatis, non ut uos ad illorum mores degeneretis. Veram uirtutem ultro sequitur sua laus, etiam quum fugitur. At ea demum uera laus est, quum contingit non ambita, neq; affectata. Atq;

hoc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoc ipsum quod gloriæ nasatur ex benefactis totum est deo transcribendum. Illi displicebitis simulatq; uobis placebitis, uindicantes uobis quod totum illius est munificentiæ. Ergo quisquis es Euangelicæ legis sectator, cũ tua largitate subleuare paras pauperum inopiam, noli facere quod solent Hypocritæ, nimirum homines histriones & fucati personatiq;. qui quum uideantur liberales ac misericordes, animo & auari sunt et crudeles. Nihil enim illos commouet calamitas proximorum, sed auidi gloriæ paululo pecuniæ mercãtur aurã popularem, nihil omnino daturi, si soli cõspirant fratrem uel fame morienem. Itaq; quoties aliquid larguntur pauperibus, nõ quærunt solitudinem, sed prodeunt in conuiliabulis hominum & uias, nec aliter quàm fabulam acturi, tubæ cantu multitudinem ad spectaculũ euocant, simul & miseris exprobrantes suam calamitatem, & sibi stultissimam quandã gloriã uenantes ab hominibus. Vultis audire qd profitãt? Vtanq; applauserit populus, apud deum perdiderunt meredem benefacti sui, qui pium opus ex animi syncero affectu petitur. Qui ad gloriam dedit beneficium uendidit, non largitus est. Te uero tãtum oportet abesse, ab istorum affectu, ut quum confers beneficium, ne sinistra quidem sciat quid faciat dextera tua & adeo non desideres hominem spectatorem, ut si fieri possit, nec ipse scias te facere, quod recte facis, ac uelut oblitus facti tui, nec imputes homini, quod beneficeris,

Cum ergo facis eleemosynam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nec tibi hoc nomine placeas, quod dederis, sed tantum in sinu gaudeas quod refoillatus sit egenus. Quid tum si nesciant homines? Imò si ne ipse quidem qui iuuatur, norit autorem beneficij? Tibi satis est quod testem habes patrem, cuius oculos nihil omnino fugit. Is tibi reponet præmium, etiam si ab homine nihil redeat gratiæ. Similiter autem quum precamini deum, ne sequamini morem hypocritarum, qui stare gaudent in conciliabulis hominum, & in angulis platearum quoties precantur, non ob aliud, nisi ut conspiciantur ab hominibus, à quibus sanctimoniæ laudem aucupantur. Placeant sibi, placeant aijs huiusmodi gloriosis precationibus. Illud affirmo uobis, iam habent præmium suum, nimirum hoc quod aptabant. Quid autem inanius hac mercede? Et ob fucatam falsamque gloriolam sese frustrantur ipsi, tam felici præmio, quod deuserat repensurus si precum suarum puram ac synceram uictimam in plus oculis obtulissent. Tu contra faciito. Quum precaris, fugito turbam. ingredere secretum cubiculi tui, & occlusis foribus. in abdito exprome coram patre synceras preces tuas. Satis est, quod illum habes spectatorem tuæ pietatis, cui nihil occultum. Is tibi mercedem reddet æternam. Atque hæc docendi gratia crassioribus exemplis proposui, non enim nephas est aliquando largiri beneficium testibus hominibus, aut orare in frequentia multorum, sed tamen nesciat tua sinistra, quid faciat dextera, quum

opus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

opus charitatis, nullo humanæ uanitatis affectu uiciatur. Tũc abditus es in cubiculo tuo, quum ea synceritate mẽtis deum alloqueris, quasi nullus hominum te uideret. Qui in cœtu multorum orat, nihilo segnius, imò fortassis uehementius oraturus, si solus esset. Is orat in abdito cubiculo. Neque enim dextera & sinistra, aut cubiculi secretum in rebus sunt, sed in affectibus. Quin & illud uobis erit fugiendum inter precandum. Affectus est, qui mouet deũ, non strepitus labiorũ, neq; refert quàm prolixa, quàm uocalis sit precatio, sed quàm ardens ac syncerus affectus. Procul igitur absit à uobis exemplum ethnicorum, qui prolixas, ac uerbosas precationes, ueluti uerbis conceptis recensent, perinde quasi nihil sint impetraturi, nisi uerbosissima loquacitate deum fatigarint, identidem inculcantes eadem, ac uerbosa recensione, præscribentes quid uelint, & quando, quomodóque sibi præstare uelint quod optant, quum sæpe precentur noxia. Optima petenda sunt à deo, non omnia, & crebro potius orandum, quàm diu, & intente magis, quàm prolixe, postremo animo magis quàm uoce, neque uerbis præscriptis, sed quantum suggerit animi calor & raptus in deum. Amat quidem rogari pater, non ut doceatur oratione prolixa, quid postulet uestra necessitas, sed ut excitetur uestra pietate ad præstandum, quod non merentur accipere segnes, & ossitantes, alioqui nouit ille quid uestra postulet necessitas, etiam antequam rogetur

tur. Ergo quemadmodum uita, sic & precatio discernat uos ab ethnicis. Quod si uobis formam præscribi uultis Euangelicæ precationis, accipite dignam, qua ueri synceriqúe filij fraterna charitate concordes, patrem cœlestem omnibus ex æquo communem compelletis, à quo tam et si uobis suppetunt omnia, tamẽ ea potißimum petenda sunt, quæ conferunt ad uitam cœlestem. Nam cætera uel sua sponte, uelut auctarium uotis suorum adijciet, ut est benignissimus. Cuius gloria non oportet quicquàm uobis esse antiquius, cui debetur omnis gloria, in cœlis et in terris. Ad cuius regnum pertinere est diaboli uiciße tyrannidem, cuius uoluntati subijci, regnare est. A cuius gratuita largitate uenit quicquid animos hominũ alit uegetatq; ad Euangelicam perfectionem. Sed nõ audiet uos nisi concordes, neq; facile constabit concordia, nisi mutuas offensas, sine quibus non agitur hominum uita, q̃uis ad perfecta tendentium, inuicem condonetis. Atque hac concordia sic eritis paterno præsidio tuti aduersus improbum illum tentatorem, si uigilantes eritis, & aßidue optimi patris opem aduersus peßimum imploretis. Itaque frustra compellarit patrem hac formula, quam traditurus sum, is qui non est huius contubernij, qui deum nec uereatur, nec amat, qui sibi uiuit, qui suæ gloriæ seruit magis quàm dei, qui mundanis opibus & regno inhiat, qui mauult assequi grata animo suo, quàm quæ placita sunt deo, qui terrena sectatur potius, quàm æterna, qui corporalia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ralia commoda posthabet animi dotibus, qui dissidiũ habet cum fratre, qui per luxum & uoluptates socorditer agit aduersus insidias satanæ. Nam formula sic habet. Pater noster, qui nos semel infeliciter genitos ex Adam, rursum cœlo genuisti, ubi nobis à terrenis rebus subuehendis regnum, & hæreditatem æternam parasti, ipse in cœlis agere dictus, quod quũ impleas omnia, nihil habes feãs aut infirmitatis terrenæ, fac ut per nos, tuo beneficio, puros & integros, inter homines fiat inclytum & gloriosum nomen tuũ. Non enim est nostra gloria, quũ tui numeris sit, quicquid à nobis recte geritur. Abolea tur tyrannis satanæ, ut indies magis ac magis inualescat regnum tuum, quod non opibus aut satellitio, sed modestia, pudicitia, lenitate, tolerantia, fide, charitate cõstat, ut profligatis uicijs unà cum malis cupiditatibus, uim suã exerant inter homines, tuæ uirtutes cœlestes, fiatq; tandem, ut quemadmodum in cœlis pacata sunt omnia, nec est ulla creatura quæ non obediat tuis iussis, ita in terris, nemo sit, qui non obtemperet tuæ sanctissimæ uoluntati, tunctis (quantum patitur imbecillitas humanæ naturæ) iã hoc meditantibus, quod perfecte continget in futura uita Ale pater, quod genuisti, prospice nobis, ne nos deficiat panis ille tuus doctrinæ cœlestis, ut eo quotidie sumpto, confirmemur, et adolescamus, uegetiq; reddamur, ad tua iussa perficienda. Ac ne quando nostris delictis offensus, alienes animum tuum à nobis, sed pro tua clementia igno

sce

ſa nobis delicta, quæ per infirmitatem in te committimus ut teum pacem habeamus, quemadmodum & nos inter nos inuicem condonantes, ſi quid alius in alium deliquit, mutuam alimus concordiam. Te propitio nihil timemus, & concordia fulti firmiores ſumus aduerſus hoſtem cõmunem. Cui quæſumus, ne tuos tradas tẽtandos, ſi fieri poteſt. Nouimus enim illius malitiam, nouimus improbitatem & uerſutiam. Quod ſi patieris nos inuadere in tentationem, ut explores animi noſtri conſtantiam. Tu pater optime libera nos ab illo peſſimo. Hæc uota tua bonitas rata uelit eſſe. Videte igitur hæc breuis precatio, quàm multa complectitur, ut perfectus ſit oportet, quiſquis hãc recte pronunciauerit, hoc eſt, qui ſic ore pronunciet, ut animus & affectus reſpõdeat. Primum docet uos totos nõ aliũde pendere, quàm à patre cœleſti, cui debetis quod eſtis cõditi, cui debetis qd̃ eſtis à peccatis redẽpti, cui debetis quicqd habetis uirtutũ. Pater uocatur, ut clementẽ ac benignũ intelligatis. In cœlis eſſe dicitur, ut illuc ſuſtollatis aĩos ueſtros, neglectis bonis terrenis. Veſtrũ appellatis, ne qs ſibi propriũ aliquid uindicet, quũ ex unius beneficentia proficiſcatur omnibus quicquid habent. Et hac in parte eſt regum & ſeruorum æqualitas Illius gloriam tantum optatis, ne quiſquàm in terris ulla ex re quicquàm laudis aſcribat ſibi, unde naſci ſolet inſolentia, animique tumor. Optatis ut ille regnet, ut illi obtemperetur, non uobis. Illius enim uirtutes ſunt, quæ

Amen

per

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

per uos operantur. Illius doctrina est, quam ex me tradetis hominibus. Nec satis est in illius bonis persistere, nisi quotidie proficiatis in melius, & ob hoc postulatis ab eo panem illum admirabilem, quem quotidie uult peti. quoniam quotidie largitur, Et ab ipso uult peti, ut memineritis ab illo proficiscì bona omnia. Denique quo magis caueatis, ne quando excidatis à charitate patris tam benigni, commonet uos illius improbi satanæ, qui nunquam non insidiatur pijs, ut eos in suam retrahat tyrannidem. Proinde priusquam hac precatione patrem compelletis uobiscum expendite, an uere cupiatis hoc quod petitis, & num idonei sitis, quem pater ista precantes audiat. Sed illud imprimis excutite, an cum proximis habeatis concordiam. Talem experiemini patrem erga uos, quales uos proximus experitur erga se. Non agnoscet pro filio, cui non conuenit cum fratre. Si remiseritis hominibus in uos delinquentibus, remittet & pater uester cœlestis, quod in ipsum deliquistis. Quod si uos eritis duri & implacabiles erga cæteros homines, nec pater uester condonabit uobis peccata uestra. Non uis ignoscere conseruo tuo, in quem tu uicissim aliquando peccasti, & postulas à deo, ut tibi condonet tuum admissum, qui cum nulla tibi potest esse pensatio delicti mutui? Habetis quãtum oporteat uestram eleemosynam abesse ab eleemosynis pharisæorum, & precationes uestras à precibus illorum. Nunc audite quantum oporteat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cum autē ieunatis, nolite fieri

& ieunia uestra distare ab illorum ieunijs, si uelitis esse grata patri, uobis frugifera. Nec enim ieunium deo commendat abstinentia cibi, sed affectus purus animi, soli deo placere gestientis. Proinde uos quoties pietas hortabitur, ad ieunandum, ne uelitis imitari quosdam non ieiunatores, sed ieunij simulatores, frontis tristitia ieiunij personam præ se ferentes, quum re ipsa non hoc agāt ob quod ieiunium debet adhiberi, uel ob placandum deum, uel ob corporis castigationē, quo liberior sit animus sacris rebus uacaturus, sed hoc fuco laudem inanem captant apud homines, quibus deo contempto fabulam hanc agunt. In hoc enim ad pallorem & tristitiam obnubilant faciēs suas, quo uel ipso corporis habitu conspicuum sit omnibus eos ieiunare. Illud habetote certum, nihil est quod ob ista benefacta mercedē expectent à deo, iam enim habent præmium suum, hoc assequuti quod aucupabantur ieunio. Tu uero quoties ieunas dissimula magis ieiunium, et uncto capite lotaq; facie lætitiam præ te feras, ne te sentiant homines ieiunare. Neq; putes infrugiferum esse ieiunium, quod latet homines. Tibi satis est, quod pater tuus uidet, cui nihil est occultum. Et is qui cernit in occulto, pro inani laude mortalium solidam mercedem reponet tibi. Neq; rursus hæc dico, quod impium sit aliquos habere tui ieunij cōscios, sed quod animus debeat ab affectione laudis abhorrere. Tunc nemo mortalium uidet te ieunantem, quando tu non in hoc ieiunas ut

à quo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

à quoquàm uidearis. Tunc solus deus uidet te ieiunantē quando ieiunas hoc animo, ut nihilo minus libenter sis ieiunaturus, etiam si nemo uideret mortalium. Hæc uulgus hominum non animaduertens, dum uisibilia quædā apud homines præmiola ucnatur, sese frustratur inuisibili ueroq; bono, quod pro recte factis largitur deus. Idem accidit ijs, qui magna sollicitudine sibi congerunt, ac recondunt opes, easq; ne perdant defodiunt in terra atqui hoc ipsum est eas perdere. Qui recte erogauit diuitias suas, is demum in tuto collocauit. Alioqui quod defoderis nec tibi est usui, tineisq;, erugini & furibus obnoxiū est, ut iam hinc ad te nihil redeat, præter calamitosam parandi, seruandiq; sollicitudinem. Ista nec anxie, nec immodice paranda sunt uobis. & parata, aut forte obiecta, facile sunt elargienda, si quis egeat, aut certe in hoc dispensanda, ut naturæ necessitati subueniatur, nō ut luxui, animiue morbo seruiatur. Et tamen in hoc studium plerique mortales omnes curas suas conferunt, quasi paupertas miseros efficiat, diuitiæ felices. Dumq; sectantur hæc falsa bona, moxq; suos dominos relicturа, relinquunt æterna bona, quæ uere felices reddunt, & eripi non possunt. Vos contra toto studio properantes ad optima, perfectaq;, quo uere diuites efficiamini, recondite uobis thesauros in cœlis, quorum custodia uos nō cruciet anxia sollicitudine. Neque enī opes eiusmodi demolitur erugo, tineáue, nec fures effodiunt, ac suf-

Nolite thesaurizare.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

furantur, quibus casibus opes humanæ sunt obnoxiæ. Istas opes apud patrem depositas, ipse uobis seruabit tuto, nec animus uester sordidis curis depressus, hærebit humi, sed neglectis his humilioribus, ac fluxis rebus ad cœlestia rapietur. Siquidem ubi thesaurus est hominis, quem uniæ amat, ibi & cor habet. Nihil igitur sublime cogitant, qui congestas opes defossas habent in terra, ipsi quidem huc & illuc obambulant, tamen animus habitat in fouea, cui credita est pecunia. Quod si corruptus est animus uel inanis gloriæ, uel auaritiæ morbo, totum quod geritur uitiosum fit oportet. Primum enim est perspicere quid sit potissimum expetendum, et quid uere præstet id quod petimus. Porro quod est in domo lucerna, quod est oculus in corpore, id est animus in homine. Si lux animi non est uitiata caligine falsarum opinionum, malarumq; cupiditatum. Si mentis oculus non aliò dirigit aciem, quàm ad uerum scopum, quicquid agitur in uita gratum deo est, nihilq; non conducit ad cumulum felicitatis. Quemadmodum si domus habeat insignem lucernam, nusquam impingitur. si oculus tuus purus est & integer, lucet membris omnibus, nec ulla pars impingit, aut errat, nimirum oculo duce. Contra si oculus corporis tui fuerit uitiatus, nullum membrũ recte suo fungitur officio. Nihil enim recte iudicatur ea parte nostra uitiata, per quam unam iudicamus. Proinde si ea pars, quæ in te est data uice luminis, uersa sit in tene-

Si oculus tuus fuerit simplex.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

intenebras, quanta erit caligo reliquarum partium, quæ ex se lumen non habent? Si ratio cupiditatibus est excæcata, & id iudicat esse felix, quod est calamitosum, id iudicat in primis expetendum, quod uel contemnendum, uel neglectui habendum, in quas tenebras totum hominem rapiet ambitio, libido, auaricia, stulticia, ira, liuor, odium, reliquæq; perturbationes animi, quæ suapte natura caliginem habent. Sit igitur purus ac syncerus oculus uester, ut spectet optima, sit & simplex & hæc uel sola, uel potißimum spectet. Ne uero putetis istos audiendos, qui se deo & hominibus, qui se terræ cœloq; partientes, ita sequuntur æterna, ut tamen hæc temporaria nolint contemnere. Nihil enim aliud efficiunt, nisi dum utrunque captant, neutro potiantur. Hæc philosophia sicut ingentia præmia pollicetur, ita totum requirit hominem. Inter homines non reperies duos tam commodis moribus, ut idem seruus possit duobus satisfacere. Ita fit ut alter sit deserendus, aut neutri fiet satis. Quod si domini sint inter sese diuersis moribus, ac simultate quapiam graui dißidẽtes, necesse est ut seruus si uelit alteri probari, alterum illum non deserat solum, sed alteri adhærens oderit etiam quẽ deseruit. Quod si rursus ab hoc uelit ad alterum deficere, in hunc unum amorẽ et obsequiũ omne transferat oportet neglecto eo quẽ reliquit. Qui uero sic inter se pugnant ut deus & mammona? Quomodo unus duobus seruiet,

Nemo potest duobus dominis seruire.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quum imperent tam diuersa? Deus imperat ut tua largiaris egenti, mammona iubet, ut per fas, nefasq; rapias aliena? Deus imperat ut consulas fratri tuo periclitanti, mammona iubet, ut tibi uiuas. Deus imperat sobrietatem, mammona luxum docet. Frustra igitur uobis blãdiemini, si creditis fieri posse, quod fieri non potest, ut simul et deo seruiatis, et mammonæ. Eius quisq; seruus est, cui uehementer est addictus. Videtis quàm totos possideant opes eos, qui tanto tumultu illas parant, tanta solliãtudine tuentur, ac seruant, tanto cruãtatu amittunt quid non ob has patiuntur, quid non faciunt? Huic seruitio qui se mancipauit, non potest esse seruus dei. Totum ille requirit hominem, nec patitur tam sordidi fœdiq; domini consortium, nec fert seruum dimidiatum, et cum hoste communem. Sed diuitum uulgus auaricæ morbũ excusare solet prætextu necessitatis humanæ. Fami inquiũt, & nuditati consulitur his rebus. Ita loquuntur, qui non pẽdent toti à deo, sed suis fidũt præsidijs. Ego uolo uos hac quoq; solliãtudine uacare, ne quid ea cura uos auocet à studio rerum meliorum. Minimis contenta est naturæ necessitas, & undelibet facile suppetit, quod talibus satis sit. Aut enim succurret obuia liberalitas bonorũ, aut opera mãuaria suppeditabit, quod necessitati medeatur. Postremo si nihil horum, pater non destituet suos. totis animis inhiantibus ad cœlestia, uel non solliãtis hæc leuiora adijcet, qui maiora largitur. Nolite itaq; repo-

Ideo dico uobis ne solliãti sitis.

nere

nere in longũ tempus, nolite discruciari sollicitudine de parandis cibis, sine quibus non uiuitur, de parando uestitu, quo tegitur corpus, & à frigoris iniuria defenditur Nónne uita res est pretiosior quàm cibus? Nónne corpus res est pretiosior uestimento? Hæc tanto meliora qui dedit, & dedit non sollicitis. an grauabitur uiliori=bus hisce rebus alere tueriq; quod dedit? Si quæritis ex emplum, uertite oculos ad animãtia reliqua, quæ uestra gratia condidit is, qui condidit omnia. An qui cquã suo uictu destituit eorum quæ condidit? Considerate uolucres cœli. Non serunt, nõ metunt, non recondunt in horrea, de futuro sollicitæ, uiuunt in diem uacãtes omni sollicitudine, quod obuiũ datur sumunt cum alacritate. Et tamen pater uester cœlestis omnibus illis cibum suppeditat? Et uos destituet, quos tanto pluris faciat quàm auiculas? Quod si uos illi curæ estis, sicut utiq; estis, nónne superuacua est uestra sollicitudo? Si destituat ille, quid uobis proderit uestra sollicitudo? Vt corpus dedit suo arbitratu, ita & uictum dabit suo arbitratu. Vultis uidere quàm sit inutilis animi sollicitudo, de rebus huiusmodi? Quis est hominum, qui quãuis magna sollicitudine possit unum cubitum addere modulo corporis sui? Sed cuiusq; corpus, ipso ne cogitante quidem, statis auctibus crescit usque ad præscriptam à deo magnitudinem. Siue curam abijcias, nihilo breuius habebis corpus, siue cura distorquearis, nihilo habebis procerius. Proide qui

Respicite uolatilia cœli

Quis autẽ cogitans.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

te non sollicito faciat, ut corpus tuum augescat ac roboretur, idem prospicet de uictu citra tuam sollicitudinem, quæ te à cura rerum earum auocat, quæ sine nostra sollicitudine nõ parantur. Proinde stultum est anxie metuere, ne uobis desit pabulum, quum uideatis hoc auibus ultro suppetere. Iam ne uos sollicitos habeat prouidentia uesticndi corpus, contemplamini lilia, quæ nulla hominum cura nascuntur & crescunt in agris. Non laborant, non nent, quis autẽ illis de uestitu, ut ipsi uisum est prospicit? Quis nisi pater cœlestis? Et ita prospicit, ut nec Solomon rex opulẽtissimus ac splendidissimus unquàm sic amictus fuerit, etiam quum maxime strepitum diuitiarum suarũ ostentaret, quemadmodũ unum quod libet ex his contemptis neglectisq; lilijs, quæ nõ in hortis, quibus nonnihil humanæ curæ tribuitur, sed in pratis sponte prouenunt? Nihil enim tam elegans præstare potest hominum cura, quàm præstat ipsa naturæ prouidentia. Quod si pater uester herbam uilem, moxq; periturã, quæq; hodie nitet in agris, cras demessa, et arefacta in clibanum mittenda, tanto nitore uestit, quur uos adeo parum illi fiditis, ut uobis, quibus tanto præstantiora contulit, quosq; immortalitati condidit, ac peculiariter in sui nominis gloriam parauit, putetis defutura uestimenta, quæ uobis qualiacunq; non ad ornatum, sed ad necessitatem quærenda sunt. Proinde qui patrem habetis deum, tanta benignitate prospicientem etiam auiau-

lis, pro

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lis, prospicientem flosculis & herbis, quarum illæ ratio ne carent, hæ nec sentiunt, quum uideatis illum uos tanti facere, ut corpori mira prouidentia composito, animam indiderit rationalem, et angelicis mentibus similem, ut filiorum titulo dignetur, ut uos ex omnibus delegerit sua gratuita charitate, quorum syncera uita castaq; doctrina notus & gloriosus fiat inter uniuersum mortalium genus, quos ad æternæ uitæ hæreditatem destinauit. Abijcite istam humilium & sordidarum rerum sollicitudinem, ut anxij trepidiq; dicatis, quid edemus, aut quid bibemus, aut quo uesticmur? Ethnicorum istæ uoces sunt, non Christianorum, siquidem illi aut deum esse non credunt, aut non credunt agere curam mortalium. Neque didicerunt aliam esse potiorem uitam, ad quam omnis cura sit dirigenda. Itaq; dei præsidijs diffisi, & in his quæ corporis sunt, feliciatem hominis constituentes, magna solliciatudine parant, quæ ad uictum uestitumq; aut reliqua corporis cõmoda faciunt. Gestiũt gaudio, quum hæc obtigerint. exanimantur metu, quũ his imminet periculum. discruciantur mœrore, ac nonnunq; ad laqueum currunt, quũ hæc eripiuntur. Ac per has curas affixi rebus perituris, nec hic uiuunt suauiter nec ad cœlestium bonorum studiũ possunt animũ erigere. Quis est inter homines pater tam impius, ut liberis suis nõ prospiciat de rebus ad uitam necessarijs? Vos patrem habetis tam diuitẽ, tam benignũ, tam prouidũ, ut

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnibus sufficiat, ut omnia locupletet, ut nihil quàmlibet minutum aut contemptum destituat, & metuitis ne filijs suis nõ suppeditet ista, sine quibus nõ uiuitur? Hãc curam in illum transferte, nouit his omnibus uobis opus esse. nec enim tam durus est, ut suum agentibus negotiũ necessaria substrahat. Sed dicet aliquis, quid igitur? An non parabimus operam mauaria, quo nos uxorem, liberos q; nostros alamus? Quo pauperum inopiam subleuemus? Maxime. sed absque sollicitudine. Siquidem uulgus conduplicat suam miseriam, simul et laborans corpore, & animo sollicitum. Serunt, sed anxij, ne non proueniat, quod serunt. metunt, sed anxij, ne miles aut prædo prius auferat quod demessum est, quàm condatur in horreum. Condunt in granariũ, sed anxij, ne pestis aliqua uiciet frumentum, aut ne incendium exortum perdat. Postremo quoniam ad copiam spectant, non ad præsentem necessitatem, & in longinquum congerunt, quasi certum sit illos diu uicturos, et nihil unquàm satis est Vos itaque si res ita posset, laborate, sed absq; sollicitudine, si obtingit sine fraude, et absq; negotio pecunia, accipite, sed sic ut eius cura nihil uos remoretur ab Euãgelij negocio. Maius enim quiddam agitis, quàm ut leuium & fluxarum rerum cura conueniat auocari. Prima cura sit eius boni, ad quod ista collata nullius sunt momenti. Instaurandum est regnũ dei, hoc est doctrina Euangelica, per quã pertingitur ad cœlestẽ hæreditatem

Quæritur ergo primum regnũ dei.

huius

huius uos præcones & adiutores delegi. Et ostẽdi quàm eximijs uirtutibus sit opus ad hoc negocium obeundum ut & inimicos diligatis, & salutem optetis his, qui uobis moliuntur exitium. Hæc quia summa sunt, nec uobis sine uestra solliciudine contingent à patre. primum uobis quærenda sunt reliqua leuiora, quæ pertinent ad huius uitæ necessitatem, pater optimus ultro uobis non sollicitis, uelut auctarium adijicet, ut utroque nomine gratias agatis illius munificentiæ, & quod illa summa uobis adnitentibus præstiterit, & hæc ãtra uestram solliciudinem adiecerit. Non uult uos grauari curis, quæ faciunt afflictiores, meliores non faciunt. Et hoc negocium quod susãpitis tam arduum est, ut totum animum, ut expeditum, ut uacuum reliquis curis desideret. Quare uelut in diem uiuentes præsentibus rebus contenti, nolite discruciari cura futuri, quemadmodum facit hominum uulgus, sibi condupliantium afflictionẽ, dũ & de præsenti necessitate satagunt, nihil non facientes, & futuri metu distorquentur. Quod hodiernus dies obtulit, accipite cum gratiarum actione. Quid crastinus dies sit allaturus, ipsi curandum relinquite. Si quid adferet boni, non pendebitis spe. si quid mali, non præuenietis afflictionem metu futuri mali. Habet hæc uita suas afflictiones, quas nihil est necesse metu condupliari. Satis enim est eas ferre quum adsunt, ut non etiam timor nobis præsentes reddat antequam accedat. Tempus ista uoluit ac defert in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uita mortalium, læta tristibus miscens, quæ tamen omnia uobis uertentur in bonum, si quicquid inciderit, boni consulentes, totos uos possideat aura regni cœlestis.

CAPVT. VII.

Est & aliud in quo uelim uos procul abesse à moribus scribarum, & pharisæorum. Siquidem illi quum sibi ignoscant in grauissimis peccatis, tamen erga fratrem peccantem iudices agunt inclementissimos, etiã ea calumniantes quæ recta sunt, sinistre interpretantes quæ sunt dubia, exaggerantes quæ leuia sunt, deniq; si quem uiderint in aliquod grauius crimen prolapsum, magis hoc agentes, ut perdant, q̃ ut sanent. Atque hinc quoq; iustitiæ famam sibi uenantur, quod magno superalio sæuiãt in lapsus alienos, quum id faciant nec amore proximorum, quos extinctos malunt quàm correctos, et traductos potius q̃ emendatos, nec odio uitiorum, quum ipsi suis uitijs longe grauioribus indulgeant. Vestra uero iudicia, si qua sunt, sapere debent Euangelicam charitatem, quæ facile condonat, quæ non temere suspicatur de quoq̃, quæ quicquid anceps est, in bonum potius, quàm in malum interpretatur, quæ multa lenitate sua tolerat, quæ mederi mauult, quàm punire, quæ suæ infirmitatis conscia talem se præbet iudicem in commissis alienis, qualem uelit alios experiri erga se peccantem. Postremo non sumit sibi super alium in obiurgandis malis aliorum, si sibi sit conscia similium, aut etiã maiorum, se sibi prius cẽsorem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſorem ac iudicem adhibẽs, quàm alterum increpet aut admoneat. Atque interim fit, ut iniqui iudicij exemplum in ipſos autores redàat, & alios uicißim experiantur ſuæ uitæ cenſores tales, quales in alienam egerint. Nolite ergo uos ſic alios iudicare, ne ſimili modo iudicemini ab alijs. Alioqui fiet, ut quale iudicium exercueritis in alios, tale uicißim alij in uos exercæant, quáque menſura menſi fueritis alijs, alij uicißim metiantur uobis. Vt enim officium inuitat officium, clementia clementiam, ita calumnia calumniam, ſæuicia ſæuiciam. Qui male loqtur de proximo, peius audiet. Nulli enim atrocius ſæuiunt in quàmlibet leues lapſus proximi, quàm qui ipſi madent uicijs longe grauioribus. Hic traducit fratrem quod ueſte diſcincta utatur, quum ipſe totus madeat liuore. Ille nihil non dicit in fratrem, quod uictus imbecillitate carnis, concubina ſit uſus, quum ipſe totus ſeruiat auariciæ, & ambitioni. Alius execratur fratrem quod bibit paulo largius, quum ipſe tot homicidia, tot uenefica gerat in pectore, tam cæcutiens ad ſua tubera, qui ad uerruculam alienam eſt oculatiſſimus. Quod autem eſt iſtud præpoſterum iudicium? In ſuis quiſque malis debet eſſe iudex acerrimus, in alienis mitior, ad ſua quemque uicia decet eße oculatum, in alienis non perinde curioſum. Et ſibi quiſque primum debet eße medicus, priuſquàm alteri manus admoueat. Tu uero quur uides feſtucam in oculo fratris, quum trabem, quæ eſt in

oculo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

oculo tuo, non uideas? Aut qua fronte dicis fratri tuo, sine eijciam festucam ex oculo tuo, quum interim ipse gestes trabem in oculis proprijs? Hypocrita, qui non ex tuis bonis sed ex alienis malis sanctimoniæ laudem uenaris apud homines, prius eijce trabem ex oculo tuo, ac deinde puro iam ac purgato oculo tuo, dispicias, num qua sit festuca, quam eijcias ex oculo fratris. Vt oculo iudicamus ea quæ sunt corporis, ita animo iudicamus ea quæ sunt animi. Proinde uitio careat oportet illud, quo uitium alienum iudicamus. Et seipsum prius docuerit oportet, qui susapit alios docendi prouincam, & sui iudex sit oportet, qui parat in alios pronunciare, & sibi monitor sit oportet, qui uelit alios admonere. Atque hæc quidem potissimum ad eos pertinent, qui populi curam gerunt. Quanquam autem uolo uos esse promptos ad benemerendum de omnibus, tolerantes erga eos qui uos afficiunt iniuria simplices & candidos erga eos, qui labuntur humana infirmitate, denique et erga peruersos tales, ut malitis eos corrigi quàm extingui. nolim tamen Euangelicæ sapientiæ mysteria, sine delectu prodi dignis & indignis. Etenim si Iudæi tanti faciunt sua sacra, ut ab his arceant canes, animal impurum, si diuites tãti faciunt suos uniones ut non proijciant eos porcis, alioqui insani habendi, si id faciant, uos qui possidetis ea quæ uere sancta sunt, quæque superant omnes baccas quamlibet pretiosas, caucte ne opes Euangelicas proijciatis indignis. Canes

Nolite sanctum dare canibus.

enim

enim sunt, qui toto pectore dediti prophanis rebus abhorrent ab ijs, quæ sapiunt sanctimoniam. Sues sunt, qui toti immersi uoluptatibus obscœnis, execrantur puram castamque Euangelij doctrinam. Canibus putria cadauera, & fœtidus uomitus iucundior est omnibus condimentis, & aromatis. Sus scœnum mauult quàm gemmas. His igitur qui sic palàm præ se ferunt contemptum sanioris doctrinæ, ut nulla spes fructus uideatur, non oportet ingerere secreta doctrinæ cœlestis, ne prouocati per occasionem, sceleratiores etiam euadant quàm antea fuerant. Et idem eueniat, quod euenturum sit, si quis margaritas poras obijaat, aut canibus id quod sanctum est. Nam canes non solum reuerebuntur rem sacram, uerum etiam irritati iactu insilient in uos, ac dilacerabunt dentibus. Et sues pretiosos lapillos, ceu rudera pedibus suis conculcabunt. Ita nec canis re sancta fit sanctior, sed rem sanctam prophanat: & sus non fit ornatior gemmis, sed illarũ puritatem cõspurcat. Sic homines deploratæ malitiæ doctrinã sacrã, ut stultã irridẽt ubi cognorint, & ut impiam calumniantur, ac negocium facessunt ijs qui tradiderunt. Auidis igitur, aut certe sanabilibus communicanda est Euangelica philosophia. Nec statim credenda sunt omnia omnibus, sed ut quisque spe amen sui profectus præbuerit, ita sunt abstrusiora quædam aperienda. Hæc eximia bona, ut non sunt à uobis communicanda quibuslibet, ita non contingunt à deo pa

tre

Petite et dabitur uobis

tre segnibus, & osãtantibus. Dat hæc, sed auide petentibus. non negat hæc, sed studiose quærentibus. non arcet ab hoc thesauro, sed improbe pulsantes. Petite igitur à patre, non gemmas aut aurum, sed has ueras & inæstimabiles opes animi, petite inquàm, & quod petitis dabitur. Quærite & inuenietis. pulsate & aperietur uobis. Diues ac benignus est pater uester, nulli negat, nulli inuidet opes suas, sed agnosci uult earum pretium. Non agnosit autem qui segniter optat. Quisquis igitur ut par est petit, accipit. quisquis auide scrutatur, inuenit. quisquis instanter pulsarit fores, huic aperietur. Porrò recte petit, qui petit salutifera, qui petit cum fiducia, recte quærit, qui quærit infatigabili studio. Recte pulsat, qui pijs operibus diuinam bonitatem sollicitat. Quod si non protinus accipitis quod petitur, ne diffidite tamen de benignitate patris uestri, dabit quum opus erit, & quantum opus erit, si modo perseueraueritis. Non enim minus exorabilis est deus erga filios suos, quàm homo pater erga liberos suos. Quis enim est inter uos pater tam inhumanus, ut si filius petat rem utilem, puta panẽ non illi det quod petit, sed pro pane lapidem porrigat? Aut si piscem petierit obsonij loco, pro pisce serpentem illi porrigat? Vtique negaturus si lapidem, aut serpentem, aut alioqui rem noxiam peteret. Vos igtur natura procliues ad malum, atque etiam alijs in rebus mali plærunque, tamẽ hac in parte, nõ uirtute, sed naturæ impulsu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pulsu seruatis pietatem, ut noueritis utilia dare liberis uestris, quanto magis id faciet pater uester cœlestis natura bonus? An is non dabit uobis filijs suis sua bona, si benignitatem ipsius flagrantibus, ac pertinacibus uotis solliciteueritis? Porro quod ad uitæ consuetudinem, quæ mutuis officijs, & iniurijs inuicem aut læditur, aut iuuatur, quoniam prolixum sit de singulis præcipere, dabo formam generalem, cuius uis sit omnibus à natura insita. Nemo sanus sibi non bene cupit, sed uulgus hominum sic est amans sui, ut alienis malis suis consulat commodis. Vobis non itidem faciendum, sed quales optaretis alios eße in uos, tales uos ipsos præstate in alios. Nemo quum ignorantia tenetur, non cupit doceri, nemo cum labitur, non cupit amanter ac secreto moneri potius quàm traduci. Nemo quum egeat, non uelit sibi subueniri. Nemo uelit obtrectari famæ suæ, nemo fraudari. Ex hoc igitur sensu communi, qui nulli mortalium non est inditus, quisque sumat sibi consilium, qualis esse debeat erga proximum suum. Quod sibi fieri nolit, ne faciat alteri. quod sibi fieri gaudeat, præstet in alterum. Hoc est compendium & summa omnium quæ docet lex & prophetæ, quos si aut non uacat, aut per insitiam literarũ non potest aliquis euoluere, certe nemo nõ habet domi regulam ad quam dirigat actus suos, modo rationi quàm cupiditatibus obtẽperare malit. Hæc si uidẽtur ardua ijs qui diligãt hũc mundũ, si uidetis maximam hominũ

Omnia ergo quæcũq; uultis ut faciat

partem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Intrate per angustam portam.

partem diuersa sequi, ne quid animum uestrum commo uerit. Optima quæque difficiles habent aditus. Vos spectate magis quo ducat hæc uia, quàm an commodum habet ingressum. Fingite duas esse portas, alteram arctam, ad quam non sit aditus nisi per angustam uiam, sed quæ mox ducat ad uitam æternam. Alteram latam ac patentem, ad quam spacosa uia præbeat omnibus aditum, sed quæ mox ducat in exitiũ æternũ. Vos ergo intrate per angustam portam, malitisque cum paucis tendere ad uitam æternam, quàm cum multis ad perditionem æternam. Siquidem spacosa uia, quoniam neminem arctat legibus pietatis, quoniam ijs rebus adblanditur, quæ delectant sensus corporis, quæ blandiuntur animi cupiditatibus, facile plurimos ad sese pelliat, sed ad breue tempus delinitos per amplam portam, transmittit in calamitates inenarrabiles, & falsis bonis deceptos, tradit ueris malis. Quàm uero angusta est porta, quã arcta est uia quæ ducit ad uitam? Nihil enim ostentat quod blandiatur carni, multis aspera est, quæ molesta sunt etiam naturæ, protinus obijcit paupertatem, ieiunia, uigilias, tolerantiam iniuriarũ, castitatem, sobrietatem. Hæc porta non capit huius mũdi gloria turgidos, hæc non capit fastu elatos, hæc non capit luxu distentos, hæc non capit diuitiarum sarcinis onustos, hæc non capit reliquas huius mundi copias secũ trahẽtes. Nõ recipit nisi nudos, & ab oĩbus huius mũdi cupiditatibus expeditos, ac uelut exutis corporibus

in

in spiritum extenuatos, unde fit, ut à paucis inueniatur, quod non cernatur, nisi purgatis oculis, quibus perspicua sunt bona spiritualia. Sed ab istis qui libidine, luxu, fastu, auaricia, reliquisq; cupiditatibus ludentes, ac risum insanum ridentes tendunt in exitium, uobis non est periculum, siquidem illos sequi, non error est, sed insania. Magis cauendũ est ab ijs, qui uobis se iungunt, speciem habentes pietatis, quum sint pietatis hostes. Deũ patrẽ, Euangelicam doctrinam, regnũ cœlorum habent in ore cultus est uilis, ora pallent ieunio, corpus habent attenuatum maciae, orant prolixe, larguntur pauperibus, erudiunt populũ & interpretantur sacros libros, atq; harum rerum imagine personati ueniunt ad uos, uelut ouilla pelle tecti, quum intus sint lupi rapaces, & Euangelicã gregis laniatores. Nihil sit negocij lupum ab oue dignoscere, si uterq; suam edat uocem, si uterq; sua pelle tectus ueniat. Quid aũt facias, ubi lupus ouillo uellere, ouilla uoce ouẽ simulans, irrepserit in ouile, non ut ouis fiat, sed ut crudelius oues laniet? Mutat uocem lupus, et Christi nomen profitetur, profitetur Euangelicam doctrinam, sed ut incautis aspergat hæreseos suæ uenena. Simulat opera pietatis, quo magis aliorum simplicitate ad suas cupiditates abutatur. Ab his igitur diligenter est cauendum uobis, quos delegi gregis mei custodes ac pastores. Facile deprehendetis simulationis præstigiũ, si propius inspexeritis, non titulum & uestem, sed ipsa facta

Attendite à falsis prophetis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quæ produnt animum insynœrũ. Nam etiam si bene docent, tamen hoc ipsum quod docent non præstant. Est suus uiq; arbori peculiaris fœtus, qui sapore prodit radicem. Si uitã & mores attentius obserues, reperies illos sibi placentes, suis commodis ubiq; seruientes, elatos, uindices, inuidos, obtrectatores, gloriæ sitientes, nonnunq; & uentri deditos, & omnino suum negocium agentes, potius quàm gregis aut Euangelij. Ostendi qui sint fructus arboris Euãgelicæ, nimirũ animus alienus ab omni fastu, animus lenis, & minime appetens uindictæ. Animus contemptor omnium uoluptatum huius mundi, animus contemptor opum, & sitiens, esuriens q; pietatis Euangelicæ. Animus promptus & expositus ad benemerendum de omnibus. Animus purus ab omnibus aupiditatibus, nec aliò spectans, quàm ad deum. Animus nihil afflictionũ recusans, modo prouehat doctrinã Euangeliam. Animus nihil mercedis expectans in hoc mundo pro suis benefactis, neq; gloriã, neq; uoluptatẽ, neq; diuitias. Animus qui bene uelit etiam maleuolis, qui bene mereatur etiã de male merentibus. Hos fructus qui uere præstat ipsa re, is demũ est arbor Euangelica. Proinde qui se iactant prophetas, & hoc titulo se uenditant, qui cultu religioso se fingũt oues, quum affectu sint lupi, ab his fructibus sunt æstimandi. Nolite spectare frondes et corticẽ. Hæc sæpe communia sunt agrestibus, cum mitibus, salubribus cum pestiferis. fœtus gustatus indicat,

qualis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qualis sit arboris succus. Quod si uideritis in his auaritiam, arrogantiã, liuorẽ, ulãscendi libidinem, fucũ, aliaq; id genus, quæ uelut ex diametro pugnãt cum fructibus Euangelicæ mentis: nolite putare ex ijsdem arboribus aliquid boni fructus proditurum. Quis enim sic insanit inter homines, ut de spinis colligat uuas, aut de tribulis ficus? Hoc est ex asperis & immitibus frutibus fructus suauissimos? Itidem fit inter homines arbor uere bona, & succum mitem gerens in radice mentis, edit bonos fructus. Cõtra arbor uere mala, quibusunq; sit folijs, quoaunq; cortice, tamen fructus edit malos. Nec possunt hæc inuicem, natura uidelicet repugnante. Neq; enim qui syncero est animo, potest non factis exprimere syncritatem affectus sui. neq; rursus qui uitiato est animo, potest ea præstare factis, quæ uere bonum arguunt. Tametsi præstigijs ac specie sanctimoniæ nonnunq; imponit incautis hominibus, certe deo non potest imponere. Proinde q; suæ ate boni sunt, dent operam, ut omisso fuco fiant boni. Potest enim inter homines ex arbore mala, fieri bona. Quod si perseuerauerit in peruersa simulatione, metuat ne hoc patiatur à uindice deo, quod arbor infrugifera patitur ab agricola suo. Quid autem patitur? Exaditur & in ignem conijatur. Sic quisquis in regno dei aut nullum affert fructum, aut fructum edit indignum sua professione, nisi resipuerit, in ignẽ æternũ abijaetur. Hoc igitur indicio dignoscetis eos, nimirũ ex ipsis fructibus,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quos si malos in eis deprehenderitis, submouebitis à cura gregis, [redacted] ut caueatis ne gregi noxant admixti. Nihil est enim perniciosius impietate, cui sanctimoniæ falsa species fidē addit & autoritatem. Non omnis qui me uerbis duntaxat profitetur, dignus habebitur regno cœlorum. Neq; enim titulus Christianū faciat, sed uita. neque protinus eos pro discipulis agnoscam, qui mihi religiosis uerbis dixerint domine domine, quum re ipsa longe alijs dominis seruiant, mammonæ, uentri, ambitioni. Quos igitur dignabor regno cœlorū? qui uere repudiū miserunt terrenis cupiditatibus, & ex animo obtemperant uoluntati patris mei, q in cœlis est, cuius uoluntatē ego uobis prædico. Siquidē ab illo est quicquid uos doceo. Atque adeo non proderit nomen meū ijs, q spiritu factisq; meis caruerint, in illo die quum non iam humano iudicio, quod sæpe fallitur, sed diuino, pro suis cuiq; meritis præmia designabuntur, & separabuntur oues ab hœdis, ut nec illa sint eis profutura, quæ nunc inter mortales diuinum quiddam & homine maius præ se ferunt. Tum enim uidentes iam æternā uitā paratā ijs, q doctrinā Euangelicam sequuti, se declararunt ueros esse discipulos meos, rursum æternū suppliciū ijs, q ab horū consortio semouebuntur, multi metu territi uenient & agnosci iam cupient apud deū, quum apud homines simulauerint præcipuos

Non omnis qui dicit mihi domine domine.

Multi dicēt mihi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

puos quosdam & eximios discipulos Christi, Euangelijq; præcones, dicentq; mihi. domine domine non agnoscis famulos tuos? Non ne per tuũ nomen futura prædiximus? Non ne per tuũ nomen dæmonia profligauimus? Non ne per tuũ nomen defunctos excitauimus? Non ne per tuum nomen uenena morbosq; pepulimus? Non ne per tuũ nomen alia quædã prodigiosa fecimus? Atq; his factis nomen tuũ illustrauimus? Tot argumentis docuimus nos esse tuos, & nunc non agnoscis? Tunc audient ex me tale respõsum. Profecto nunq̃ agnoui uos, ne tum quidẽ quũ ista facieretis. Audio domine domine, sed fideliũ seruorũ animum nunq̃ sensi in uobis. Audio multam mentionem nominis mei, sed spiritũ meũ nunq̃ expertus sum in uobis. Audio miraculà per nomen meũ gesta, sed non audio fructus illos ꝓprios & peculiares, per quos uere Christi discipulus agnoscitur. Proinde quando nec tum uere mei fuistis, quum meo nomine uos uẽditabatis inter homines, sed sub simulata ꝓfessione mei, seruijstis diabolo. Discedite nunc à me & accedite illi, cuius spiritũ habuistis, cuius uoluntati obtemperastis. Quocunq; titulo fuerint, quicunq; operati sunt iniustitiam, non erunt consortes regni mei. Sed quemadmodum fructus arboris, non potest esse generosi saporis, nisi radix succum habeat generosum, ita structura quamuis foris magnifica, & in altum surgens, firma non erit, nisi firmo solidoq; fundamento nitatur. Qui meum habuerit spiritum, hoc est

Omnis ergo qui audit uerba.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

synœrũ affectum, non aliò spectantem, quàm ad dei gloriam, is est arbor bonæ radicis. Ita qui non innititur inanibus huius mundi rebus, sed ueris animi bonis, atq; in his constanter perseuerat, is sapienter ædificat ædificiũ nunquam ruiturum. Proinde quisquis audit sermones meos, nec audit tantum, sed in intimos affectus suos demittit ut factis exprimat quod didicit, hunc similem aio uiro prouido, prudentiq;, qui quo solidum ac firmũ ædificium struat, ante omnia dispicit sibi solidum, & immobile fundamentum, aut credat substructionem, aduersus omnes iniurias tempestatum duraturam. Nam tranquillo quidem cœlo, quoduis ædificium facile consistit, cæterum hyems arguit soliditatem structuræ. Iam pluuiæ uis ingruens, illam pulsat. iam aucta hymbribus flumina, magno impetu illam quatiunt. Iam uentorum impetus illam oppugnat. Et tamen tot modis pulsata, consistit immobilis. Quur ita? Quia solido nititur fundamẽto. Prouiderat hæc exoritura ædificator, & ideo imposuit illam solido saxo, cuius præsidio nihil illos insultus metueret. Rursus quisquis audit sermones meos, & audit tantum, nec eos transfundit in affectus suos, nec hos exprimit factis, similis est ædificatori parum prouido, qui non præuidens tempestates uenturas, ædificium suũ collocat super harenam, uidelicet fluidum, minimeq; fidele fundamentum. Post irruit pluuiæ uis, irruit torrentium impetus, irruit uentorum procella, domusq; à

fundamentis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fundamentis conuulsa soluitur, magnoq; fragore concidit. Quur ita? quia splendida quidem in speciem erat structura, uerum nitebatur inutili fundamento. Prima sit igitur cura fundamenti, ieiunia, eleemosynæ, preces, sordidus uestitus, deniq; miracula, sunt quidem instar splendidi ædificij. cæterum si animus istagerentis spectat inanem hominum laudem, si quæstum, si uoluptatem, corruent omnia, si quando ingruerit uehemens tentationum procella. Cæterum cuius affectus fixus est in doctrina promissisq; Euangelicis, à solo deo præmium expectans recte factorum, is aduersus omnes malorum iniurias, aduersus impiorum atrocissimas persequutiones aduersus hæreticorũ insidias, & insultus, deniq; aduersus omnes machinas satanæ, aduersus mortem ipsam, stabit inconcussus, & infractus usq; ad diem illum, quum perseuerantia uictrix malorum suam feret coronam. Hos sermones quum finisset Iesus, admirabantur turbæ nouum hoc doctrinæ genus. Nihil enim huiusmodi audierant ex scribis aut Pharisæis, qui si quid addere solent legi Mosaicæ, quo se redderent admirabiles populo, dilutas quasdam constitutiunculas solent adferre, de lauandis ante cibũ manibus, de lauando corpore, si quis à foro domũ redisset, de lauãdis poculis, de decimis persoluẽdis ex puentu menthæ & Rutæ. Nihil huiusmodi docebat Iesus, sed quũ miraculis testatus esset, qd posset fieri, talẽ sese declarabat ĩ doctrina, cũ autoritate uetans

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tans qd lex indulserat, & exigens qd lex non exegerat. Lex indulserat repudium, quacunq; de caussa, Iesus interdixit omne repudiũ, nisi intercesserit adulterium. [redacted]. Iesus exigebat, ut nec irascerentur fratri, ut facile declararet se non esse legis interpretem tantum, sed dominum. non ministrum, sed autorem. Postremo uigor quidam doctrinæ perfectæ ac genuinæ quædam ueritatis uis afflabat docilem ac simplicem multitudinem, nihil expertam simile in suis scribis ac pharisæis. Cap. VIII.

HAec igitur sublimia locutus in monte, non quibus libet, sed præcipue discipulis suis, & ijs qui spiritus alacritate potuerant illos consequi. Rursus Iesus demittit sese ad humilitatem promiscuæ turbæ, quæ multos habebat segnes, debiles, claudos, & ægrotos, qui corporalibus etiam beneficijs allicendi erant ad studiũ rerum cœlestium. Atq; in his sanandis hoc ipsum agebatur per imaginem, quod per doctrinam agebãt sanandis animi morbis. Vtraq; res alteri conciliabat fidem atque autoritatem. libentius illi credimus quem amamus, & beneficijs conciliatur amor. Ac facile pondus apud nos habet illius oratio, quem conspicimus in factis tam esse potentem. Ergo quum Iesus relicto monte uenisset in planiciem, hinc atq; hinc uariæ hominũ cateruæ ad illum confluebãt, quo miraculaper eum edẽda, plures haberent testes. Numeroso igitur theatro congregato, ecce prodit quidam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quidam miraculi præbiturus occasionem, simulq; typo quodam docturus eos, qui lepra laborarent animorũ, unde & qua fide deberent remedium petere. Prodit enim quidam lepra corpus habens infectum. Is morbus apud Iudæos cum primis habebatur abominabilis, & maior esse creditur, quàm ut arte medicorũ tolli possit. Huius morbi iudicium ueluti sacri, sacerdotibus erat delegatum, ac miris uarijsq; obseruationibus explorabãt, num uera lepra corpus alicuius teneretur. Dãnatis nefas erat admiscri cœtibus hoĩm, nec fas erat inquinatum hoc morbo corpus contingere. Hic igitur damnatus â sacerdotibus, certaq; lepra impurus, ausus est uenire ad purificatorem omnium Iesum. Pudorem adimebat salutis amor, fiduciã addebat Iesu iam in omnes spectata benignitas. Spem faciebãt tot aliorum exempla, qui sani domum redierant. Itaq; cum prouolutus ad genua Iesum adorasset. Domine inquit, si uis potes me mũdare. Quid hic facturus erat superbus pharisæus, aut sacerdos Mosaicus? Abominatus fuisset hominem impurum, ac ne colloquio quidem dignatus fuisset. At Iesus boni pastoris imaginem exhibẽs, delectatus hominis fide, cum tanta modestia coniuncta, qui non ausus sit petere ut mũdaretur, nisi uellet ipse qui nouit quid cuiq; expediat, sed tamen non dubitabat posse, si uellet, nõ auersatus est impurum, sed porrecta manu tetigit eum. Hac sanè in parte neglecta lege, quod ad literam attinet. Et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

adiecit sermonem, quo simul & uoluntatis bonitatem, & potentiæ suæ magnitudinem declararet. Quandoquidem inquit, credis me posse si uelim, uolo. mundus esto. Simulq; cum dicto mutata cute reliquit eũ morbus teste populo. Sub hæc Iesus, quo maior esset fides miraculo, simulq; eriperetur ansa sacerdotibus calumniandi, quod sibi uindicaret autoritatem iudicandi de lepra, & ad se trahere aperet lucrum, quod ex mundatis à lepra soleat ad ipsos redire, dicit illi. Vide interim ne cui te prædices esse purum à lepra. Neq; enim tuum est iudicare de teipso, nec ego mihi sumo quod est sacerdotum. Prius igitur adito sacerdotem, illiq; temet ostende, & si te pronunciauerit esse mundum, qui antea pronunciauerat esse leprosum, tum offeres munus, quod Moses iussit offerri ab his, quibus contigisset à lepra mundari, ne post & te calumnientur, qui te turbæ admiscueris, & me, qui nõ potuerim ueram præstare sanitatem. Munus enim ab illis acceptum, uelut à puro redarguet illos, si post cœperint odio mei calumniari quod factum est. Etenim si leprosus antea non eras, quur te summouerunt à castris? Si nunc purus nõ es, quur abs te cœperunt munus solenne, uelut à purgato? Voluit autem Iesus testem esse populũ, quantum leproso profuisset sua fides, quamq; nullo negocio, uerbo morbum oẽm abstulisset, ut eadem fide audirent doctrinam ipsius, qua sanarentur à morbis animorum. Ergo postquam Iudæos facto docuisset synæritate

In testimonium illis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

synœritate fidei, fiàllimã esse uiam ad salutem, ita mox in Centurione doœt ne gentibus quidẽ esse præclusam, si modo fides adsit Euangelio digna. Quum enĩ ingressus esset Capernaum, id oppidum est haud proul à stagno Genezareth, in confinio Zabulon, & Neptalim, adijt illum œnturio quidam, quod hominum genus duobus nominibus execrabantur Iudæi. primum, qd' sint inàrcumàsi, & à lege Mosaica alieni. deinde quod uitæ genus infame sit uulgo. At nec hunc auersatus est optimus Iesus, qui uenerat sanandis omnibus. Rogat hunc Centurio dicens. Domine est mihi famulus domi, quem uniœ charum habeo, ueluti fidum & utilem ministerijs. Is iam totus inutilis lecto affixus est Paralysi, & non solum mihi non potest esse usui, sed etiã grauiter discruciatur ipse, morbo sæuissimo, iam morti proximus. Est autem & hoc morbi genus ut periculosum ac molestum, ita non temere œdens arti cur æq; medicorum. Iesus delectatus hominis fide, qui non dubitaret ipsum et absenti uerbo mederi posse, quo magis redderet omnibus perspicuam insignem uiri fiduciã, cum summa mentis humilitate coniunctam, respondit, ipse ueniam & sanabo eum, ad hæc Centurio. Domine Iudæus nõ sum, Centurio sum, duplici nomine Iudæis abominandus, & ob hæc indignus, cuius tu tectum subeas, meoqúe contubernio contamineris. Nihil opus est corporis tui præsentia, tantum uerbo iube, & quæ tua potestas est,

protinus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ptinus sanabitur famulus meus. Habes angelos quibus huiusmodi munera deleges. Ex meipso coniecturam facio. Habeo præfectum cui subditus sum, eius iussis obtempero, nec est necesse ut ipse per sese obeat omnia. Satis est illi delegasse cũ autoritate. Rursus habeo milites meæ potestati subditos, p̃ quos obeo, quæ meipso parum sunt digna. Tantum iubeo, & illi iussis obtemperant. Huic iubeo, ut eat aliquò, & abit. alteri ut ueniat, & uenit. Rursus seruo meo in quem mihi priuatum ius est, dico, fac hoc aut illud, & nihil contatus facit quod iussus est. Si mihi peccatori & abiecto hominioni sic obediunt mei, quanto magis tuis iussis obediant tui? His auditis miratus est Iesus, non quod ignoraret hominis fidem, sed ut omnibus admirabilem redderet, & conuersus ad Iudæos, qui sequebantur, eisq; uelut exprobrans incredulitatem suam, dixit. illud affirmo uobis. Hactenus nõ inueni tantum fidei in populo meo Israëlitico, quantum in hoc alienigena, qui nec prophetas nouit, nec nostram doctrinam accepit, nec miracula uidit. Vos uobis placetis, quod sitis filij patriarcharum, quos deus amauit, qd' sitis populus deo peculiaris, cui salus hæc præcipue promissa uidetur. Verum illud affirmo uobis, futurum est, ut multi ueniant undiq; ex remotissimis orbis partibus, quos uos ut alienigenas abominamini, per fidẽ irrumpentes, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cœlorum, hosq; uestri patres ob fidem Euangeliam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

geliam, pro legitimis filijs agnoscent, & adhibebunt suæ mensæ, consortes æternæ feliçitatis. Contra filij regni, qui iuxta carnis cognationē genus ducunt ex Abraham Isaac & Iacob, ob incredulitatem non solum non recipientur ad felix illud conuiuiū, sed expellentur in tenebras externas, qui lucem oblatam cernere prius noluerint. Ibi dabunt pœnas diffidentiæ suæ flentes, ac stridentes dentibus, sero iam intelligentes, à quāta beatitudine per suam malicam exciderint, & dolorem acuet liuor, quum uidebunt alienigenas ad feliçitatem & honorem ipsis promissum admissos. Hæc ubi Iudæis dixit Iesus, quo sermoni fidem astrueret miraculo, uersus ad Centurionem ait. Vade & sicut credidisti, fiat tibi. nimirum declarans sanitatem nō tribui, nec generi, nec alijs meritis, sed soli fidei, quam in plerisq; Iudæis desiderabat. Dictum sequuta res. Siquidem compertum est eodem tempore subito Centurionis famulum fuisse morbo liberatum, ne quis suspicari posset, casu aut medicorum ope factum. Nam ut nemo subito liberatur à lepra, iuxta naturæ cursum, ita nec paralysis quenquā subito relinquit. His atq; alijs quibusdam ꝓdigijs æditis subduxit se paulisper à turba, & ingressus est domū Simoni Petro, & Andreæ fratri communem. Comitati sunt Iacobus & Ioannes, ibi cognouit Petri socrum febri tam ualida teneri, ut lecto decumberet, rogatus ut eam sanaret, nihil contatus, apprehensa manu mulieris erexit eam,

Et cum uenisset Iesus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eam, & continuo tota febris abijt, uigor & alacritas redijt, sic ut ministraret illis cibum capientibus. Adeo nullum sui uestigium febris in ea reliquit, quum eos, quos medicorum ars restituit, multo tempore lãguor ac fastidium teneat à morbo. Quum uero iam appeteret nox, confertissima turba sese ad fores adglomerarat, expectans, ut cibo sumpto rediret ad beneficia. Prodeũti obtulerunt innumeros uarijs morborum generibus obnoxios, atq; etiam dæmoniacos. Ille spiritibus eiectis & morbis propulsatis sanabat omnes, hic quoque suo nomini respondens. Nulla erat tam fœda, tamq; horribilis morbi species, quam auersaretur Iesus. Nulla tam uehemens aut insanabilis, quæ non statim ad iussum illius relinqueret hominem. Dicto sanabat omnes, gratis sanabat omnes. Iam hoc agens in tollendis promiscue morbis corporum, quod acturus erat in tollendis peccatis, quæ sunt multo atrociores animorum morbi. Nimirũ in hoc uenerat in mundum, & hoc erat quod Esaias multis retro seculis, de illo futurum prædixerat. Nostras infirmitates ipse ultro in se transtulit, & morbos nostros ipse portauit. Quum uidisset autem Iesus, ne sanatis quidẽ ægrotis, nec ingruente nocte, iam enim occiderat sol, abire turbam, sed magis ac magis undiq; condensari, præcepit discipulis, ut appararent nauim trãsmissuro lacum, quo uel sic à turbis liberaretur. Hoc audito, cæteri quidam abibant domũ. Cæterum scriba quidam im-

Vespere autem facto.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dam importunior sequutus est Iesum ad ripam euntem, cupiens in numerum discipulorum illius recipi, quem uiderat à turbis tanti fieri ob potentiam in miraculis edendis, non ut illius doctrinam uitamq; sequeretur, sed ut ex eius miraculis sibi gloriam & quæstum compararet. Hic igitur aggressus Iesum dixit, Magister sequar te, quocunq; ieris. Vox erat digna futuro discipulo, si uoci respondisset animus. Vltro se ingessit, & ad omnia semet obtulit, neq; quicquã moræ pretexuit. At Iesus nec importunitatem hominis reppulit, nec animum insyncerum exprobrauit, sed tacite admonuit, nec illũ sibi fore discipulum idoneum, nec se illi magistrum accommodũ, quod quisquis huius mũdi commoda spectaret, stulte se illi adiungeret, qui nec opes, nec gloriam, nec regnum huius mundi uel haberet uel quæreret, sed summã paupertatem, summam ignominiam, summam afflictionem amplecteretur, adeo ut nec illa suppeterent quæ uolucribus, & bestijs non deessent. Vulpes, inquit, tametsi domos non habent, tamen cauos habent effossos, quibus abdant sese. Volucres in aëre uagantes, tamen nidulos habent uicæ domicilij, in quibus conquiescant. At filius hoĩs adeo destitutus est omnibus huius mũdi præsidijs, ut nihil usq; habeat ubi uel caput suũ reclinet. Talis magister si cui placet, me si uolet sequatur, sed affectu sequatur, nõ tantum uestigijs pedũ. Sic ille sibi conscius abstinuit. Rursus hoc audito qdã ex eorũ numero, q iam esse

coeperant

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cœperant in numero discipulorum, commotus imbecillitate humana, quum audißet extremam paupertatem Christi, quærens ansam aliquo prætextu elabendi à disciplina Iesu. Domine, inquit, priusquam totus te sequar quocũq; ieris, sine prius, ut domum reuersus sepeliam patrem meum. Cauſa quidem in ſpeciem erat pia, ſed Iesus docere uolens omnia poſthabenda negocio ſalutis æternæ, atq; hic omnem moram eſſe periculoſam, non paſſus eſt iuuenem bonæ mentis, ſed imbecillem ſub pietatis prætextu teſtamentarijs negocijs impliari, & dum hæreditati utiliſſimæ cõſulit, exãdere ab hæreditate cœleſti. Immo inquit nihil iam tibi cum patre mortuo, qui te dedicaſti uitæ cœleſti. Non deerunt qui ſepeliant patrem tuum. Sine ut mortui ſepeliãt mortuos ſuos, & terræ mandent, qui terrena diligunt, mortuum infodiant terræ, qui uiui mortui ſunt, atq; etiam ſepulti. Nobis illi mortui ſunt. Deo mortui ſũt. Tu cura ut uiuas, & à mortuorum conſortio ſeiungere, ſi uere uis uiuere. Quum igitur Iesus dimiſſa turba nauim ingreßus eſſet, comitantibus ipſum diſcipulis, inter nauigandum repente coorta tempeſtate, ſic cõmotus eſt Iaacus, ut fluctus nauim operirent. Iesus interea dormiebat capite innixus cæruicali, quodam ænigmate depingens quantum immineat periculi rebus humanis, quoties ij dormiunt huius mundi cõmodis deliniti, qui uiæ Christi ſuſcæperunt. Sed in his tempeſtatibus, unde petendum ſit auxilium, docent diſcipuli.

Et aſcendente eo in naui aulam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

puli. Siquidem ij metu exanimati, Christum uellicant, expergefaciunt. Domine inquiunt serua nos, perimus. [redacted], nisi illo uigilante. Proinde Iesus uolens eos aduersus omnes, quamuis atrocium malorũ insultus, intrepidos & inuictos reddere, tantam illorum formidinem increpans. Quid inquit, sic timetis homines exiguæ fiduciæ? Vos tot conspectis miraculis, auditaq; doctrina mea, non oportebat ulla re terreri, quasi uos usquam desiciat auxiliũ dei, si modo uos non defecerit, fiducia, quam nondum in uobis tantam uideo, quantam oportet. Sic admonitis discipulis suis Iesus surrexit, & ut ostenderet sese elementorum omniũ dominũ increpuit uentos ac mare, continuoq; tempestas illa conquieuit, & sequuta est mira tranquillitas, quo magis esset perspicuũ hæc non geri uiribus humanis, sed uirtute diuina. Nihil enim surdius aut impotentius mari commoto, & tamen ad domini iussum repente uersum est in summam tranquillitatẽ. Porro discipuli, cæteriq; qui erant in naui, rem tam prodigiosam uehementer admirati dixerũt. Quis est tantus? Nam omnino præfert quiddam homine maius, quandoquidẽ non solum morbi ac dæmones, uerumetiã uenti ac mare iussis eius obtemperant. Hac aũt imagine nos docuit optimus dominus Iesus, ut quoties in nos sæuierint tentationum, aut persequutionũ procellæ, non aliunde petamus auxilium quàm ab ipso. Tumultus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnis uertetur in tranquillitatem, si modo ille in nobis uigilauerit. Quum igitur transmisso lacu Iesus uenisset in regionem Gergesenorum, ecce maioris prodigij materia obijcitur. occurrerunt duo pessimis dæmonijs multum iam temporis obnoxij, qui aut uagabantur per loca deserta, aut sese continebant illic in sepulchris mortuorum quæ solent extrui iuxta uiam publicam. Horũ erat tanta sæuicia, ut nullis catenis cohiberi possent, sed disruptis omnibus uinculis, insilirent in uiatores, sic ut nemini tutum esset illac iter facere. Nullus illos audebat ad Iesum adducere, quemadmodum de nonnullis factum recensui sed hos inuitos attraxit tacita uirtus Iesu. Cruciabantur impij spiritus, nec ferebant uim diuinam, adeo ut sibi male conscij, sentirent nouum quendam & occultũ cruciatum, etiam priusquã illis loqueretur Iesus, metuerent ne iam instaret ille dies, quo relegarentur in profunda tartari, supplicijs æternis afficiendi, neq; posthac sinerentur hominibus esse molesti. Cruciatus igitur ac metus, ab inuitis extorsit uocem testem diuinæ uirtutis in Christo. Vociferabantur itaq; per ora miserorum. Quid inquiunt tibi nobiscum est rei, Iesu fili dei? Num ideo huc uenisti, ut ante tempus nos torqueas? Sciamus quæ nos maneat pro meritis calamitas, sed sine nos saltem temporis moram lucrifacere. Nimium mature nobis ueniet ille dies. Dilationem petimus, non absolutionem. Haud procul ab eo loco, quo hæc gerebãtur pascebat ingens grex porcorum.

Et quũ uenisset Iesus trãs fretũ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

corum. Dæmones igitur sentientes sese uehementer urgeri uirtute diuina, ne sine noxa abirent, tanta erat malicia, deprecabantur Iesum dicentes. Si prorsus non pateris nos in hoc manere domicilio, saltem permitte, ut hinc demigremus in porcos, animal immundum & abominandum. Hoc simulatq; permisisset illis Iesus, cui satis erat humanæ saluti consulere, dæmonum multitudo continuo demigrauit in gregem porcorum. Et ecce protinus totus ille grex correptus furore, è monte per præcipitium ferebatur in lacum, atque illic interijt in aquis. Hoc passus est Iesus, simul ut ostenderet insignem dæmonum malicam, & occasionem præberet dilatandi rumore miraculi. Siquidem pastores uiso hoc horrendo spectaculo territi fugerunt, & ingressi ciuitatem Gadaram renunciauerunt ciuibus, quicquid uiderant, quid accidisset dæmoniacis, quibus contigerat sanitas, iam fama cognitis, & quid accidisset gregi porcorum. Ad hunc rumorem tota ciuitas Gadarenorum animo consternata, exijt in occursum Iesu, metuens ne ad se ueniret. Viderunt porcos extinctos. Viderunt duos homines ex nudis iam uestitos, ex phreneticis sanos, ex rabidis quietos, adeo ut sederent ad pedes Iesu, agnoscentes autorem suæ salutis sed quoniam erant crassi maliq;, magis metuebant uirtutem Iesu, quàm amabant bonitatem, ac pluris faciebant iacturam porcorum, quàm salutem hominum, adiere Iesum, & rogarunt eum, ut excederet à finibus ipsorum,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qui si pernouissent eum, obnixe rogassent, ut uenire dignaretur in fines ipsorum, hoc facturus in animis illorũ quod in duobus fecerat dæmoniacis. Qualis enim esset illorum uita, porò declarant, quos dæmones hominum uicarios sibi postularunt. Nihil igitur illos docuit Iesus, terruisse contentus. Nos tamen hac imagine docuit, nullã esse pestem animorum tam sæuam, ut sit desperanda salus, si contingat ad Iesum accedere. Sunt enim quædam cupiditates, adeo effrenes, impotentes, & indomitæ, ut eum quem occuparint, ad ueneficiũ, ad homicidiũ, ad parricidium, aliaq; facinora non nominanda adigant, nonnunquam & huc impellant uesaniæ, ut ipse sibi manus adferat. His nulla mortalis ratio mederi potest, solus Iesus sanitatem dare potest, si dignabitur ad illos accedere. Nec desperandum. dignabitur, si modo illi uidissim occurrent.

Caput IX.

IEsus igitur nolens sanctum dare canibus, neq; margaritas obijcere porcis, conscensa naui rursus traiecit lacum, ac reuersus est in ciuitatem, nimirum Capernaũ siquidem hic habebat domicilium id temporis. Quum igitur esset ingressus domum, confluebant ad illũ multi, inter quos erant & legis doctores è Galilæa, Iudæa, et Hierosolyma, docebatq; eos sedens, assidentibus scribis ac doctoribus. Cum aũt tanta uis hominum cõflueret, ut iam domus esset angusta, ac ne uestibulũ quidem capax esset immensæ multitudinis. Quidã adducebant quendã

tam ue-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tam uehementi paralysi detentum, ut à quatuor baulis unà cum lecto decumbens deportaretur. cadauer hominis uerius, quàm homo. Proinde quum sàrent intus esse Iesum, nec præ turba daretur aditus, conscenderunt tectum, ac submotis tegulis, per hiatũ funibus demiserunt grabatum unà cum paralytico, ante pedes Iesu. Iesus nõ offensus hac importunitate famulorũ, sed potius approbans ardorem fidei, quanquã oportuit nõ minorem esse fidem ægroti, qui sic demitti se uel iusserit, uel passus sit conuersus ad decumbentem, ut àraumstantibus fidem etiã atq; etiam commendaret. Bono inquit animo esto fili, remittuntur tibi peccata tua. prius eam partem morbo liberans, unde corporis morbus erat profectus, & tamen inaudita mansuetudine filiũ appellat, hominem utraq; sui portione calamitosum, tacite pharisæis & scribis, superàlium & arrogantiam exprobrans. Turbis autem silentibus & admirantibus, scribæ nonnulli, qui meminerant in sacris scripturis sic loqui deum. Ego sum qui deleo peccata hominum, quum in tanta frequentia fauentiũ, non auderent palàm obmurmurare, tacìti loquebantur apud sese. Hic blasphemus est in deum, qui quum homo sit, dei potestatem sibi uendicat. Iesus autem qui remittendis peccatis diuinam potentiam suam subindicarat scribis, etiam peculiari signo declarat eandẽ. demonstrans sese non latere quid quisq; cogitet. Ergo respondens ad ea quæ illi tacita secũ cogitatione loquebantur ait. Quur

 inuidentes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

inuidentes benefactis, male cogitatis in cordibus uestris? An quia morbus animi non cernitur oculis corporeis, uti nec salus, suspicamini me falso mihi sumere, & alijs polliceri, quod præstare non queam? Sed utrum uobis uidetur facilius dicere, peccatis obnoxio, quod modo dixi, Remittuntur tibi peccata, an dicere paralytico, quem totum uidetis obstrictum morbo, surge & ambula. Vt igitur ex ijs quæ uidetis, credatis & illa uera quæ non uidetis, & filio hominis utrunq; æque esse proclive, & morbum dicto tollere, et peccata condonare, dabo signũ omnium sensibus conspicuum. Quod si uideritis hæc uerba, quæ nunc dicturus sum, non esse inania, sed habere uim præsentem, nolite dubitare filio hominis esse potestatem remittendi peccata in terris, idq; non sacrificijs aut holocaustis, sed simplicĩ uerbo. Simulq; conuersus ad paralyticum, dixit. Surge, tolle grabatũ tuũ, atq; abi in domum tuam, ut ij qui te nouerunt ægrotum, ac salutem desperabant, uideant te sic esse subito factum ualidum, ut non solum pedibus tuis ingredi possis, qui paulo ante à quatuor baiulis portabaris, uerum etiam mutatis rerũ uicibus lectulũ tuum gestare, quum te gestarit hactenus. Nec mora, res illico uocem est consequuta. Surgit paralyticus, & sublato in humeros lectulo, abit in domum suam, longe alia pompa, quàm paulo ante fuerat exportatus. Hoc tam euidens miraculum quum uidissent turbæ, planeq; intelligerent rem nõ esse potestatis humanæ, sed

diuinæ,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diuinæ, glorificauerunt deum, qui talem potestatem dedisset hominibus in terris, affirmantes se nihil unquam tale uidisse gestum ab ijs, qui inter Iudæos pro summis uiris habebantur. Scribis autem sic erat impositum silentium, ut magis etiam exacerbarentur inuidia, nimirum magis quærentibus suam gloriam, quàm gloriam dei, qua per Iesum indies illucescente, se uidebant obscurari. Quemadmodum enim sol obscurat lucernam, ita diuina gloria obscurat, & euanescere cogit inanem hominum gloriam. Sed horũ liuor non in aliud profuit, nisi quod Christi gloriam obsistendo reddidit illustriorem. Nouit enim deus etiam malicia mortalium, ad suam abuti gloriam. Iesus igitur ut cederet inuidiæ scribarũ digressus illinc repetijt lacum, ubi turbam undequaq; confluentẽ docebat. Porrò quum præteriret teloneum, conspexit illic publicanum quendam sedentem, Matthæum nomine quidem dictus est Leui. filium Alphæi. Est autem hoc hominum genus, quoniam artem exercent sordidi quæstus, & uiolentæ rapacitatis, multis modis infame, præsertim apud Iudæos. At Iesus, qui prius Simonẽ & Andream, Ioannem & Iacobum, ab humili quidem sed tamen licito quæstu uocarat ad se, ut palam faceret, se nullum omnino genus hominũ fastidire, modo se cõuertat ad meliora, Matthæũ ad se uocat, ac sequi iussit. Ille nihil cõtatus, sed relictis rationibus imperfectis, relicto quæstu sequi cœpit Iesum, subito ex publicano factus discipulus.

Et cum trãsiret inde Iesus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Habebat enim Iesu uox energiam quandam admirabilē reluœbat & in uultu uis quædam occulta, qua quos uolebat, non aliter ad se trahebat, quàm magnes ferrum. Deinde rogauit Matthæus Iesum ut in ædibus suis conuiuium agere dignaretur. Nec hoc grauatus est Iesus, ut suos doœret, nec impiorum consortium esse uitandum, si spes sit illos nostra consuetudine fore œstigatiores. Porrò Matthæus ex his quæ tum illi suppetebant, affatim exhibebat magnificum & amplum conuiuium, ad quod adhibebat multos suiordinis homines, publicanos & peœatores, quos exemplo sermoneq; suo pertraxerat in admirationem & amorem Iesu. Cum his igitur ut uidere disœumbentem Iesum unà cum disœpulis suis, pharisæi, œptantes undiq; œlumniandi materiam, ipsum quidem nō audent interpellare, ne quod nollent, audirent, disœpulos ab eo conantur auertere. Quare inquunt magister uester cui uos hæretis ut eximie sancto, conuiuium agitat cum publicanis & peœatoribus, quos nos ut abominandos uitamus? Pares aūt cū paribus facile congregantur, & tales ferè reddimur, quales sunt ij, quibus cum uiuimus. Hūc sermonem cum exœpisset Iesus pro disœpulis adhuc infirmis patronū agit. doœns Euangelij præconeſ non inquinari conuictu peœatorū, quibus cum non alio animo agunt aliquando consuetudinem, nisi ut illos alleœtent ad bonā frugem. Atqui publicanos, qui uulgo peœatores habentur, pharisæi uitant, non ne malis illorum inquinen-

inquinentur, sed ut ipsi cum sint publicanis deteriores apud homines habeantur sancti, cæterum qui sanctimoniam habent Euangelicam, non ideo consuetudinem expetunt peccatorum, ut ab illis auferant emolumentum, sed ut illos locupletent pietate, nec alio studio subeunt illorum tecta, quàm boni medici subeũt ædes ægrotorũ. Nusquam enim decet fidum mediam uersari crebrius, quàm apud eos, quibus opus est medicorum ope. Itaque uersus ad pharisæos, qui sibi iusti uidebantur, quum essent peioribus uicijs infecti. Ideo inquit uersor cum publicanis & peccatoribus, quia medius sum animarum, & salutem hominum sitio. Quorsum autem attinet uersari cum iustis, quales uos uobis uidemini, quũ illis medico non sit opus? Iis opus est medico, qui male ualent, & his utilis est medicus, qui morbum suum agnoscunt, seq; præbent sanabiles. Hos igitur fastidire non est sanctimonia, sed superbium. & his succurrere sacrificium est deo longe gratius, quàm ullum sacrificij genus, qd offertur in templo. Hoc uos latere non debuit, qui tenetis scripturas, in quibus ita loquitur deus. misericordiã uolo potius quã uictimam. Idem apud Esaiam auersatur hostias uestras, officium misericordiæ nusquam auersatur. Hoc si nondum animaduertistis, ite & disãte quid hic sermo dei sibi uelit, ac deinde si uidetur calumniamini factum meum, quod non pugnat cum lege uestra, sed respondet uoluntati diuinæ. Quur autem fugiam cõ

 suetudinem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuetudinem peccatorum, qui in hoc uenerim, ut tales in uitem ad pœnitentiam uitæ prioris. Multi ſibi iuſti uidẽtur, ab his ſi me ſubduco, non debent indignari, non enĩ egent ope noſtra, & ſuperuacaneum, immo contumelia ſit eos uocare ad pœnitentiam, qui nihil habent pœnitendum. Hoc ſermone Ieſus perſtrinxit, & quodammodo deriſit, arrogans ſuperãlium phariſæorum, qui ſibi iuſti uiderentur, quum non eſſent. Poſt hæc diſãpuli quidam Ioannis, qui quodam humano affectu ſubinuidebant Ieſu de magiſtro ſuo Ioanne, ueluti de præſtantiore gloriantes, iuncti phariſæis adeunt Ieſum, nec uerentur illum in os calumniari, quod nimis indulgenter haberet ſuos diſãpulos, minus q̃ ſeuere inſtitueret quã Ioannes ſuos, quum arctiorem quandam diſãplinam uideretur pollicẽri. Duabus autem rebus phariſæi potiſſimum captabant apud populum opinionem ſanctimoniæ, ieiunijs, ac precationibus. Rogant itaque Ieſum. quare nos diſãpuli Ioannis & phariſæi, frequẽter ieiunamus ac precamur, ex inſtitutione maiorum, qui docuerunt preces ieiunio commendari. Diſãpuli tui non ieiunant æque? Ad hanc manifeſtam calumniam, quoniam ipſum petebat, non diſãpulos, Ieſus humaniſſime reſpondit, ſic ut nec Ioannis taxaret inſtitutionem, nec aliorum ieiunia ſimpliciter damnaret, ſed tantum oſtenderet indulgentiam, qua in ſuos uteretur, non eſſe negligentiæ, ſed artificij, quo paulatim illos adducẽret

ad maio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad maiora, uelutiquum prudens literator, & peritus artifex formandæ pueriæ, primam ac teneram ætatem, non statim deterret rebus asperioribus, sed blãdimentis allectat ad difficiliora, ac responsionis occasionem mutuatur ab ipsius Ioannis testimonio. Is enim de Iesu testificans, apud eos qui suspicabantur ipsum esse Christum. Qui habet inquit, sponsam sponsus est, amicus autem eius astat, ac uehementer gaudet, quod audiat uocem sponsi, Iesum indicans esse sponsum, se nihil aliud quàm sponsi amicum. Hunc igitur Ioannis sermonem Iesus illis reuocans in memoriam, ait. Num filij qui in recentis sponsi thalamo uersantur, ubi læta esse decet omnia, possunt Iudaico, tristique ieiunio torqueri, præsertim quum sponsum habeant præsentem? Nolite interim eis inuidere hanc lætitiam, non diu duraturam. Sinite illos hac indulgentia leniter ac suauiter duci ad perfectiora. Habent nunc sponsum, & in hoc sunt toti, non uacat illis ieiunare, & teneriores sunt, quàm ut ferre possint. Grandescent interim, & ueniet tempus quum ab illis auferetur sponsus, tunc firmiores non solum ieiunabunt ultro, sed asperioribus etiam ferendis erunt pares. Iudæi summam religionis collocant in crebris ieiunijs ac precationibus prolixis. Hæc ut damnanda non sunt, si non ad inanem gloriam sed ad pietatem adhibeantur, ita fortiora quædam ac magis ardua spectat Euangelica doctrina, ad quæ meos paulatim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

os paulatim formo, fingoque. Proinde non conuenit mihi instituendi ratio cum Ioanne. Nouum est quod doceo, & nouae doctrinae, noua conuenit institutio. Non oportet praeceptorem esse praeproperum, suo tempore res indicabit, utrius discipuli fortius fuerint instituti. Nõ oportet uetera misceri nouis. Nullus enim assuit ueteri uestimento partialam panni noui rudisq; . Siquidem hac uia non solum non saratur uestimenti ueteris plaga, uerũ etiam non cohærente nouo panno cum uetere, fit maior ac deformior hiatus. Neq; qui sapiunt, uinum nouum credunt utribus uetustis. Alioqui duplex sequitur incommodum, dum & uinum effunditur, & utres diruepti pereunt. Quin potius uinum nouum infundunt nouis utribus, qui ferant uim uini, nec dissiliunt efferuescente musto. Itaq; fit ut & utres sint incolumes & uinum. Ego meos totos nouos esse uolo, eosq; mihi sic paulatim fingo, ut olim fortes ac firmi queant Euãgelicae doctrinae uim perferre. Ioannes uetustis utribus non est aussus aliud, quàm uetus uinum committere. Ieiuniũ & huiusmodi, quae multũ absunt ab his, quae praestanda sunt uiris Euangelicis. Ego meae doctrinae mustum non credo, nisi nouis uasculis. Hæc loquente Iesu, adijt eum quidam Synagogae praefectus, nomine Iairus, & accedens supplex ad genua Iesu adorabat eum, ac maiorem in modum deprecans & obtestans, ait. Filia mea unica, annos nata duodecim, iam agebat animam, quum domo disce-

Hæc illo loquẽte.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mo discederem, ac uereor ne iam mortua sit, ueni obsecro & impone illi manum, ut conualescat ac uiuat. Iesus ut erat expositus ad benefaciendum omnibus, qui cum simplici fiducia postulabant aliqd, siue pauperes essẽt, siue diuites, siue Iudæi, siue exteri, Illico surgens sequutus est Iairum properantem domum, si forte filiam adhuc spirantem offenderet. Iesum discipuli sequebantur, ac turba densissima. Ecce autem inter eundum alterius occasio miraculi. Admiscuerat se cõfertæ hominum multitudini mulier quædam duodecim iam annos obnoxia profluuio sanguinis, quæ facultates suas omnes in sumptu erat in medicos, neq; quenquam inuenit, qui malo posset mederi. Itaq; bis erat misera, posteaquam malæ ualetudini accesserat inopia. Hæc quum summam fiduciã animo concepisset de Iesu, ob morbi fœditatem non audebat tot testibus appellare Iesum. Itaq; ueluti suffuratura beneficium, clanculum accessit à tergo ac tetigit fimbriam uestimenti eius. Sic enim sibi persuaserat, si uel extremam uestis illius oram attigero, salutem adipiscar. Ac mox attacta ueste, sistebatur profluuium, sensitq; mulier restitutam corporis sanitatem. At Iesus nolens latere tam insigne fidei exemplum, simulq; docens non esse celandam dei gloriam, ut eliceret beneficij confessionem, conuersus ad turbam. Quis inquit me tetigit? Negantibus cunctis. tamen aliquis inquit me tetigit. Nam sentio uim à me profectam. Hic Petrus reliquiq; discipuli,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

puli, non intelligentes quid sibi uellet Iesus, Domine inquiunt, uides confertam turbam undiq; præmentem te, & rogas, quis te tetigerit, quum à tam multis tangaris? Porrò quum Iesus quasi ignarus à quo contactus esset, circunspiceret uelut oculis quærens quis fuisset ille furtiuus attactor. Mulier sola sibi conscia, quum uideret se non latuisse Iesum, exauso pudore timens ac tremens prodidit ad pedes Iesu, & confessa est rem, ut habebat, omnem, & quo morbo laborasset, & quot annos laborasset, & ut omnes facultates frustra profudisset in medicos, & ut sibi persuasisset, solo fimbriæ contactu posse sanari, & ut mox à contactu sensisset perfectam corporis sanitatē. Hæc Christus teste turba prædicari uoluit, non ut pudefaceret mulierculam, aut sibi laudem apud homines uindicaret, sed ut hoc exemplo doceret omnes quantum ualeret firma fiducia, ac mulieris exemplo confirmaret fidem Archisynagogi, quam intelligebat nonnihil uacillare, simulq; pharisæis suam exprobraret incredulitatem. Itaq; mulierem trepidam, ac metuentem, ne iratus Iesus suum beneficium repeteret, consolatus est dicens. Bono animo esto filia, Tua fiducia tibi peperit sanitatem. Vade cum pace, tranquilloq; ac securo animo. Volo ut hoc beneficium tibi sit perpetuum, licet suffurata sis à nobis. Dum hæc loqueretur Iesus, ueniunt quidam ab ædibus præfecti synagogæ, nuntian-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gæ, nuntiãtes ei iam mortuam esse filiam, nec esse caussam quur pergat esse molestus Iesu. Siquidem illi nihil aliud credebant esse Iesum, quàm mediam aliquem insignem, qui uiuæ quidem salutem dare posset arte sua, mortuæ uitam reddere non posset: Et idãrco superuacaneum esse iudicabant, ad exanimem iam accersere mediam, quamlibet egregium. Iesus uidens ad hunc nuntium uehemẽter esse consternatum animo patrem puellæ. Consolatus est illum dicens. Ne trepida, tu modo fidem habe puellam fore saluam, & erit salua. Intesitum est, ut ualeat filia. Quumque iam uentum esset ad domum præfecti Synagogæ, non passus est Iesus ingredi turbam, neque reliquos discipulos, præter Petrum Iacobum & Ioannem, cumq; his patrem, ac matrem puellæ. Flebant autem omnes cognati & amici, atque ex gentis more perauriebant corpora sua lugentes illam, & eiulantes, qualia stultissime fieri solent in funeribus diuitum ac potentum. Iesus iussit illos à luctu desistere, puellam enĩ non esse mortuam, sed dormire. Illud nimirũ sentiens puellam alijs quidem esse mortuam, à quibus excitari non posset, sibi dormire tantum, cui facilius esset illã excitare à morte, quã alijs esset à somno. Hæc quum nõ intelligerent familiares, & amici præfecti, deridebant Iesum, uideliçet certo scientes illã esse mortuã, quũ ipsi morientẽ uidissent. Quũ igitur expulisset turbã lugentẽ à funere, ipse assũpto patre ac matre puellæ ingressus est

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ingressus est conclaue ubi iacebat cadauer puellæ. Iesus autem apprehensa manu uirginis, puella inquit, surge. Simulq; cum dicto surrexit puella, & ambulabat, quo certior esset fides miraculi. Nõ enim solum uitam reddidit subito, sed & uires & alacritatem. Quumq; puellæ parentes ingens stupor haberet, præcepit illis, ac uehementer obtestatus est, ne cui dicerent, quod factum esset. Simul ut ipse uitaret suspitionem affectatæ gloriæ. Hoc enim potissimum agendum erat apud Synagogæ primores, qui nihil non faciebant ad laudem humanam emerendam. Simul ut illi maiore cum fide prædicarent quod gestum erat, si tacere iussi, tamen pharisæis suis, & Synagogæ proceribus, rem gestam quam uiderant denarrarẽt. Nouerat enim humanum ingenium, & hoc in bonum aliorum uoluit abuti. Iussit autem digrediens, ut daretur cibus puellæ, uidelicet medicũ agens, ac dissimulans apud alios miraculum, quanquã et hoc cessit ad prodigij confirmãdam fidem. Ergo quum relictis ædibus archisynagogi Iesus repeteret domũ suam, sequuti sunt illum duo cæci, qui rumorem miraculorum acceperant, atq; ex eo conceperant spem adipiscendæ sanitatis, præsertim quum audissent illius beneficentiam nulli nõ patere, quantum uis humili. Sed quũ Iesum nec cernere possent, nec adire, tamẽ ingẽti clamore, quẽ sanitatis amor, & ardor fiduciæ exprimebat, Paul appellãt Iesum, ac precibus addẽtes blandimentũ.

Et transeunte inde Iesu.

Miserere,

Miserere, inquiũt, nostri fili Dauid. Iesus in uia nihil illis respondit, differens beneficium, ut esset euidentius miraculum, semper hoc agens, ut Iudæos ad credulitatẽ prouocaret. ac pharisæis suam incredulitatem multis modis exprobraret rebus ipsis. Confisus est centurio. confisa est mulier, & illi diffidebant, atque etiam inuidebant. Porrò quum uentum esset in ædes Iesu, admissi sunt cæci, qui pertinaci spe fuerant sequuti. Tunc Iesus alijs exemplum parans, prius ab eis stipulatus est fiduciam. Creditis, inquit, me posse præstare uobis quod petitis? At illi incontanter, credimus, inquiunt, domine. Tum Iesus manu contactis illorum oculis, Vti creditis, inquit, ita fiat uobis, non sibi uindicans redditi luminis officium sed ipsorum fiduciæ imputans, uidelicet declarans incredulitatem pæriapue nos indignos reddere beneficentia diuina, alioqui nulli non exposita promptaqũe. Mox ut loquutus est Iesus, aperti sunt oculi cæcorum sic, ut clare uiderent. Hic Iesus nos admonere uolens, per imaginẽ, ut tametsi gloria suapte sponte comitatur recte factum, tamen à nobis fugiendam esse potius, quàm affectandam uehementer interminatus est cæcis, ne quisquàm factum hoc resciscæret. At illi gestientes noua feliciate, tanto magis sparserunt famam Iesu per uniuersam illam regionem, apud omnes, quos habebant pristinæ cæcitatis testes

Cæcis egressis, oblatus est alius lõge miserrimus, qui obnoxius erat dæmonio, quod illi linguæ usum adimebat, Egressis autem illis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ut homo nec mentis esset compos, ut salutem optaret, nec linguæ, ut postularet. Huic igitur quoniam aliena fiduçia fuit opus, oblatus est Iesu. Ille nihil contatus eiecit dæmonium, et protinus loquutus est, qui mutus fuerat. Turbæ demirantes tantam celeritatem miraculorum æque paratam in omni q̃libet immedicabilium malorum genere, dicebant inter sese, Nullus unquàm exortus est in gente Israëlitica, qui tam multa prodigia tam facile patraret. Contra pharisæi, iam indies glisente liuore cæci, quum quæ gerebantur in oculis omnium infiçiari non possent, tamen ut animos multitudinis, illum suspiciẽtis, ab eo alienarent, calumniantur illum eijcere dæmonia, non uirtute diuina, sed ope Beelzebub, dæmoniorũ priçipis. Qua calumnia, quid esse poterat dementius, quasi dæmon exigat dæmonem, aut quasi Beelzebub hostis humani generis, conferret mortuis uitam, ægrotis sanitatem, cæcis uisum, mutis linguam? Ab illis hæc malaprofiçiscũtur plærunq;, quæ Iesus sua bonitate, misertus hominum, tollebat huiusmodi corporalibus beneficijs, quæ sensibus ipsis pçipiebantur, præparans eos ad capaçitatem beneficiorũ spiritualium. Sed huiusmodi maliçiosis calumnijs, adeo non est offensus clementissimus Iesus, ut tanto magis consuleret omnium saluti, quod uideret Pharisæos, quorũ partes erant populi saluti consulere, adeo nihil opis adferre, ut aliorum bonis etiam inuiderent. Iesus itaq; tanq̃ bonus pastor, obãbulabat per omnes çiuitates ac uicos,

animis

animis simul & corporibus omnium mederi studens, in conuenticulis illorum docens & annuncians regnum cœlorum, in quod non recipiuntur, nisi qui uacant omnibus animi morbis, & obiter sanans omne morbi genus, omnemq; speciem malæ ualetudinis. Porro quum Iesus uideret turbas undequaq; confluentes, & indies frequentiores, iam auidas salutis, ac doctrinæ melioris, simulq; considerarct sacerdotes Pharisæos & scribas, unde populus hactenus pependerat, omnia potius agere, q̃ ut seruarent populum, totosq; seruire gloriæ suæ, non dei, seruire lucro suo, seruire uentri, uoluptatibusq; suis, in quibus si quid eßet religionis, hoc ipsum eße fucatũ, ac simulatũ, ut officeret etiam ad ueram religionem, populum rudem quidem esse, & crassum, sed tamen esse sanabilem, quandoquidem in corpore sanandus simplicia fiducia sequebatur, ac dabat gloriam deo, et doctrinam Euãgelicam, tametsi nondum intelligeret, tamen non auersabatur. Contra Pharisæos, & scribas, quum tenerent prophetas, & scripta legis, tamen obcæcatos mundanis cupiditatibus, obluctari etiam Euangelicæ doctrinæ, tactus est optimus pastor affectu misericordiæ, quod conspiceret illos similes ouibus palantibus, dißipatis, ac destitutis, quæ pastore carent, sed temere uagantur huc et illuc. Cõsiderãs igitur in Pharisæis lupos agẽtibus nõ pastores, nullã eße spẽ gregis, iãq; populũ miraculis utcũq; præparatũ ad accipiẽdã doctrinã euãgelicã, dixit discipulis

Videns autẽ turbas.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuis, quos iam aliquam multos collegerat. Meßem quidem multam uideo, cæterum operarios admodum paucos. Rumor Euangelij quaquauersum ſparſus eſt. Excitatus eſt ardor plurimorum, qui maturi uidentur audiendæ Euangelicæ philoſophiæ. Sed ubi ſunt, qui ſuſcipiant prædicandi docendique negotium? Vbi qui pure ſyncereque doceant, neque gloriam humanam, neque quæſtum affectantes, ſed ea ſyncritate tradentes, qua me uidetis tradere? Certe non oportet negligere tantam hominum multitudinem, iam flagrãtem ſtudio cœleſtis doctrinæ. Quid igitur ſupereſt, niſi ut rogetis dominum meßis ut operarios etiam cæßantes ac detrectantes extrudat in meſſem ſuam. Vrget enim occaſio, nec eſt tuta contatio. São uobis eſſe gratius hærere mihi, ſed tempus eſt, ut & uos aliquod ueſtri ſpecimen præbeatis, & quod à nobis accepeſtis, in aliorum ſalutem impiatis expromere.

CAPVT .X.

ITaq; conſcenſo monte, iußit adeße diſcipulos ſuos, q̃ cœu peculiares ipſũ aßectabantur. Ex his inſtituit duodecim præcipuos, quibus ut eruditioribus, ac firmioribus docendi munus cum autoritate delegarat, ut ad exẽplar, quod in præceptore conſpexerant, alius alibi docerent populum. Ac ne doctrina piſcatorum idiotarum & humilium illico contemneretur, dedit & illis poteſtatem aduerſus omnes ſpiritus impuros, ut illos uerbo eijcerent, ac morbi genus omne, & omne corporis uitium ſanarent,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sanarent, ut quicquid Christus ipsis testibus gesserat, nomine patris ac suo, id illi facerent nomine Iesu Christi. cuius gerebant uices. Sic enim ingressus erat Iesus, ut sanandis morbis grauibus, & immedicabilibus, quo non aliud beneficiũ uidetur hominibus diuinius, allicaret rudes ad ea, quæ sunt animi. Cæterum ne quis pseudapostolos proueris apostolis amplectatur, duodecim apostolorum, quos ipse Christus instituit, nomina sunt hæc. Primo loco Simon, Ioannis filius, qui idem dictus est Petrus unà cum fratre Andrea, nam hos omnium primos uocauit. Secundo Iocobus Zebedæi filius, cum Ioanne fratre ipsius. Tertio Philippus, et Bartholomæus. Quarto Thomas, cui cognomen Didymus, & Matthæus publicanus. Quinto Iacobus Alphæi filius, unà cum Iuda Iacobi filio qui idem Lebbæus, siue Thaddæus dictus. Sexto Simon Cananæus, qui & Zelotes, unà cum Iuda Iscariote, qui postea prodidit dominum suum. Per huiusmodi legatos Christus aggressus est orbẽ uniuersum innouare ad philosophiam Euangelicam, pauperes, rudes, humiles, piscatores, peccatores, & obscuros, ne quid in hac laude sibi mundus uindicaret, si per eruditos, potentes, opulentos, nobiles, rem cœlestem fuisset auspicatus. Nunc operæpretium est audire, quid illis mandauerit, quóue uiatico suos legatos instruxerit. Ac primũ quidẽ præscribit eis prædicandi limites, uetatque ne Iudæam egressi, conferant sese, uel ad gentes finitimas, uel in ciuitates Samari-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tanorum, quos abominabantur Iudæi, non quod Iesus ullum hominum genus abominandum duxerit, sed ne uideretur offensus iniurijs pharisæorum, uindictæ gratia suos ablegasse ad exteros, néue Iudæis daret ansam causandi se spretos fuisse, sibiqúe gentes ac Samaritanos fuisse prælatos, simulqúe, quoniam sæbat Iudæos maxime rebellaturos Euangelio, noluit illis quicquam excusationis esse reliquum, sed omnibus esse perspicuum, eos suapte peruersitate submotos à regno dei, & gentes sua simplicì credulitate fuisse receptas. Ab illis igitur inquit, interim abstinete, sed potius ite ad oues perditas gentis Israëliticæ, ut resipiscant ad salutem. Nec enim omnes pharisaica sunt malicia. Sunt & inter hos oues, simpliciter & per ignorantiam errantes, quæ doctæ monitæque facile resipiscent, ac uocem audient boni pastoris.

Euntes aũt prædicate dicentes.

Cæterum sic auspicabimini prædicationem, quemadmodum á me factum uidetis. Non enim statim expedit rudibus aperire secretiora mysteria, prius præparandi sunt ut sint perfectioris doctrinæ capaces. Primum igitur nihil aliud prædicate, quám adesse regnum cœlorum, ut resipiscentes à uita ueteri, se præparent nouæ. Primus enim iustiæ gradus est abstinere à peccatis, & primus ad sanitatem gradus est agnoscere morbum. Porrò ne desit fides, & obscuris doctoribus, & noua docentibus, miraculis ædendis doctrinæ fidem astruite, quemadmodum uidistis à me factum. Sanate ægrotos, excitate mortuos,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tuos, mũdate leprosos, eijãte dæmones. Hæc quanquàm sunt maxima, tamen uobis ex me suppetent, & apud omnes conciliabunt fauorem, & autoritatem. Primum enim alliciendi sunt imbecilles. Vos tantum cauete, ne his uel ad inanem gloriam, uel ad quæstum abutamini. Vt gratis accepistis à me, ita gratis date. Ne uel minima gloriæ, quæstusue suspicione cõtaminetis Euangelicum munus. Ita demum suos uere magnos iudicabunt homines, si conspexerint tanta potestate præditos, nec intumescere fastu, nec tangi cupiditate lucri, eaq; fortiter contemnere, pro quibus uulgus hominum nihil non & faciat, & patitur. Volo uos expeditos hanc obedire legationem, nullis onustos sarcinis, nulla sollicitudine obstrictos, quo toti uacetis delegatæ functioni. Cœlestia docetis, nolite curare terrena. Viaticum habetis dignum uestra prædicatione, quæ nihil humile doceat. Proinde iter ingressuri, ne zonas uestras oneretis auro argẽtoue. Imò ne peram quidem, ueluti penuarium quoddam, uobiscum circumferatis, neque tunicas binas, ne calciamenta quidem aut baculum. Satis armatus est hic, q̃ gladio sermonis Euãgelii fuerit accinctus. Nec est quod solliciti cogitetis, unde nudis suppetẽt necessaria? Vos modo curate munus delegatum, ista ultro suppetent uobis à patre cœlesti. Illius agitis negotiũ. Nõ sinet operarios fraudari mercede sua. In diem & secundum naturam uiuentibus, facile suppeditatur necessitas.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nec deerunt, qui sponte suppeditent, talia patrantibus ac talia docentibus. Ita fiet, ut nec uos huiusmodi auris torqueamini, quæ & minuant autoritatē uestrā, & suspicioni reddant obnoxios, nec ij, quos docetis, ingrati sint erga eos, à quibus longe maiora accipiunt. Nec uos cuiquàm eritis molesti exigendo, nec quisquàm uobis ĩputabit suum beneficium, quod tanto melioribus rebus cōmutauit uerius quàm dedit. Nec enim opus est, ut diuertatis in diuersoria meritoria, sed in quamcunque ciuitatem aut uicum ingressi fueritis, primum inquirite, nunquis sit illic probitate uitæ commendatus, & auidus regni cœlestis. Cui mūdus hic tedio sit, q pijs querimonijs subinde suspiret promissum Messyam, qui simplicitate uitæ qui beneficentia in pauperes, maioris etiam profectus spem de se præbeat. Is enim futurus est uobis idoneus hospes, & uos illi uicissim hospites gratissimi. Huiusmodi quum repertus erit, in eius ædes diuertite, non mutantes hospitium, donec Euangelij negocium hortabitur in aliam demigrare ciuitatē. Neq; enim opus erit, neque decorum uobis subinde mutare hospitem, quasi uel lēues sitis, uel appetētes mēsæ lautioris. Quæuis domus, quiuis uictus, sufficere debet uiris Euangelicis. Sitis autem moribus cōmodis, ac facilibus, ut nec fastuosi, nec adulantes uideamini. Vbi domū eritis ingressi, priores salutate, dicentes, Pax huic domui, non erit inanis uestra precatio. Etenim si domus fuerit digna hac precatione, statim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& in contanter eam recipiet. Sin auersabitur, nihil uobis peribit de salutatione uestra. Quod enim aspernantur illi, redibit ad uos. Atque adeo nolim uos esse cuiq; supplices, aut adulantes, ob res necessarias, ut si qua domus uos grauetur exàpere, aut si qua ciuitas uos grauetur hospites, nec admittant ultro oblatam Euangelicã salutem, uelim uos relicta domo, quam salutastis, relicturos & ciuitatem, quam intrastis, progressos in plateas etiam puluerem exutere de pedibus uestris, palàm testificantes uos adeo nihil terreni commodi uenari ab his, qui reijciunt Euangelium dei, ut ne puluerem quidem uilissimũ, qui pedibus hæsit uelitis uobis imputari. Hic mementote non esse dandum sanctum canibus, neq; margaritas obijciendas porcis. Tantum illud inger ite ingratis, uelint nolint. instare regnum dei, magno bono eorũ qui receperint, summo malo eorum, qui fuerint aspernati. Viderint illi, qui reijciunt sermonem Euangelicũ, uæ ciuitati illi, in qua nullus inuenietur, quem suæ uitæ pœniteat, quiq; uelit fieri melior. Illud affirmo uobis, in die iudicij mitius agetur, cum regione Sodomorum, & Gomorrhæ, quàm cum illa ciuitate, licet Israëlitica. Quo maior est clementia dei, tot miraculis, tot beneficijs prouocantis illos ad pœnitentiam, hoc grauius punientur, si reiecerint. Sed istos deo puniendos relinquite, uos aduersus omnes iniurias, seruate mansuetudinem, et ita uelitis omnibus prodesse bonis, ut nec à malis laces-

Ecce ego mitto uos sicut oues.

 siti, re-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſiti, referatis iniuriã. Satis eſt uobis iis rebus inſtructos eſſe, quibus poßitis de omnibus benemereri. aduerſus hominum iniurias uolo uos prorſus inermes eße, nec alio uinare præſidio, quàm tolerantiæ. Poteram alioqui uos reddere formidabiles, ac metuendos, ſed nõ hoc expedit Euangelio. Nec enim uiolentia uiolentiam, iniuria iniuriam, ſuperbia ſuperbiam extinguit, ſed manſuetudo, lenitas, placabilitas. Scio phariſæos & homines huius mũdi præſidijs feroces, multa dira molituros in uos. Sed aduerſus hæc omnia, nõ alius obijciendus eſt clypeus, quàm patientiæ, nec eſt quod metuatis; mittimini uelut oues inermes, ſimplices, innoxij, in medium luporum, ſed à me mittimini. Nolim uos quoq; malis illorum irritatos, uerti in lupos, ſed hoc modis omnibus agere, ut lupi ueſtra lenitate delinuti, uertantur in oues. Non eſt magnum uläſä malos, ſed illorum animos in bonum uertere, maximum eſt ac diffiallimũ. Proinde duo quædam copuletis oportet, ſerpentis prudentiam, cũ columbæ ſimplicitate. columbina ſimpliätas præſtabit, ut de omnibus benemereri cupientes, neminem lædatis, ne prouocati quidem. Serpentina prudentia, ne quam anſam illis præbeatis calumniandi doctrinam. Hoc eſt caput ueſtræ legationis, ut Euangelium penetret in animos omnium. Nihil igitur à uobis committendũ eſt, quod probabili ſpecie poſſit cuiuſquàm animum ab Euangelica doctrina reddere alieniorem. Excitabit ueſtra doctrina

magnos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

magnos in orbe tumultus, quo magis cauendum, ne quid uestra culpa natum uideri possit. Non poterit autem, si uos gratis communicantes omnibus bona uestra, erga malos etiam seruetis mansuetudinem, ac beneme rendi studium. Cum huiusmodi igitur hominibus, imò lupis uerius, cautius est agendum, & iam nunc animus aduersus omne malorum genus præparandus, ne quid uos conturbent, quum inciderint. Futurum est enim olim ut pertrahant uos, tanquàm maleficos, in conalia sua, & in conciliabulis suis, quasi sceleros os flagris uos cædent, quinetiam ut reipublicæ subuersores, producemini ad præsides, ac reges, non ob uestra merita, sed mea tantum causa. Atque hæc omnia quum prohibere liceat fieri, patiar, ut omnibus testatum sit ac perspicuum illos suopte uitio perire, qui tot miraculis, qui tot beneficijs, qui tam obuia doctrina, qui uestra simplicitate, lenitateq; prouocati, tam odiose reiecerint salutem oblatã. Quum igitur ad tam multos pauci, ad tam potentes, infirmi & inermes, ad tam eruditos, idiotæ producemini ne uelitis esse solliciti, quomodo causam uestrã sitis acturi, iudicorum, legum, foriq; rudes, & imperiti. Nolim hic quoq; uos ad ea confugere præsidia, quibus hominum uulgus in iudicijs solet uincere. Adhibent peritũ & bene linguacem patronum, adulantur iudicibus, supplices se puoluunt ad genua, fauores redimũt pecunia. Absint hæc à uobis. Tantũ prodite uocati, iussi respõdete

Cauete autẽ ab hominibus.

ne me=

ne merito uos arguant contumaciæ, sed respondete simpliciter ac fortiter, non oratione meditata, sed quæ fortitudinem præ se ferat, cum prudentia, modestiaq; coniunctam. Vt uictus uobis citra sollicitudinem uestrã ubiq; suppetet, ita suppeditabitur & oratio. Hanc anxie meditari, nõ est eius, qui totus pendet ab auxilio diuino. Etiã nihil præmeditatis dabitur in tempore oratio, non ornata, sed prudens & efficax, dignaq; Euangelio. Non est humanum negocium, quod geritis, sed diuinũ, cuius uos non autores estis, sed organa. Nec enim uos illic loquemini, sed spiritus patris uestri loquetur per ora uestra. Huius igitur præsidio fretos, non oportet ullis malorũ procellis commoueri. Tantis enim tumultibus mundus insurget aduersus doctrinam meam, ut frater oblitus germanæ charitatis, fratrem adacturus sit in mortem, ut pater oblitus pietatis naturalis, filium accersat capitis, ut filius abiecta omni reuerẽtia, cooriatur aduersus patrem eumq; morte afficiat, à quibus initium uitæ sumpserat. Quid multis? Omnibus inuisi reddemini, propter odiũ nominis mei. Non feret enim hic mundus, ambitione, superbia, auaricia, libidine, cæterisq; terrenis cupiditatibus, undiq; corruptissimus, doctrinam cœlestem, nimirum aduersantem studijs ipsius. Et atrocius crimen erit esse Christianum, quàm parricidam, aut ueneficũ. Has turbas excitabit diabolus aduersus Euangelium meum sed nolite diffidere, uincet diuina sapientia malicam humanam,

Tradet aũt frater fratrem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

manam, uos modo fortibus, & infractis animis pertendite negocium uobis delegatum. Nam qui inter hæc mala perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Neq; enim oportet ullis terroribus fractos Euangelij negocium relinquere. Nihil est omnino periculi, nisi uos deficiat animus Euangelio dignus. Sed ut uobis non est prouocanda malorum sæuicia, nec accersenda persequutio, nec uiribus repugnandũ, ita dum adhuc recẽs est Euãgelij prædicatio, concedo uobis, ut fuga declinare periculum liceat, non solum ut uos sitis incolumes, uerum etiam ut hac occasione latius spargatur rumor Euangelicæ doctrinæ. Proinde si quando uos impetent in hac ciuitate, date locum insaniæ, & fugite in aliam. Tantũ abest, ut statim ad iniuriã persequutionis desistatis ab Euãgelico negocio. Tantum hoc nunc agendum est, ut per omnem palæstinã spargatur Euangelij fama. Ad hoc etiã profuerit persequutor, si non sinet uos eodem in loco sedere diutius. Erit olim tempus, quum non erit fuga declinanda persequutio. Nunc breue tempus est, & properandum. In proximo est enim regnum dei. Illud confirmo uobis, priusquàm uos perambulaueritis omnes ciuitates Iudææ. iam filius hominis se proferet, et aderit uobis periclitantibus. In hoc exemplum uobis ædetur, quãta toleranda sint Euangelij præconibus. Quæ quidem omnia, uel hoc nomine uobis debent tolerabiliora uideri, quod me uidistis, nullum non probri, & afflictionis

genus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Non est discipulus supra magistrum.

genus esse perpessum. Non est discipulus potior suo magistro, nec seruus melior domino suo. Hoc abunde satis est discipulo, si magistro suo æquetur. hoc debet sufficere seruo, si contingant paria cum domino. Si me patrẽ familias, tam indignis conuicijs affecerũt, ut spurcissimo conuicio Beelzebub appellarint, & filio dei nomen imposuerint impurissimi dæmonis. quid mirũ si idem audebunt in seruos familiæ? Scio graue malum uideri infamiam, ac morte propemodũ acerbius, sed laus est, non infamia, quæ ob Euangeliũ infertur ab impijs. Dicent uos esse magos, maleficos, seditiosos, sed hæc ignominia post uertetur in gloriã. Eluescet tandẽ orbi uestra synceritas, quam omnes laudibus uehent, execrantes eos, qui uos falsa fœdarant infamia. Diu pressa laus, maiori cum luce solet erumpere. Nihil est tectum, quod tempus non retegat, & nihil occultum, quod non aliquando sciatur. Vos tantum hoc agite, ut laude digna geratis, nõ ut laudem affectetis. Non est igitur quur infamiæ metu deterreamini, quo minus libere prædicetis Euangelium regni. Nihil habet pudendum aut celandum. Imò etiam si quid à me auditis in tenebris, uos prædicate clara in luce, & si quid uobis dixerim in aurem, uos prædicate de tectis. nostra doctrina fucos nesit. Vult in lucem omnium proferri, neq; cuiusquàm uereatur conscientiam. Sed erunt fortasse, qui contemnant infamiam, cæteraq; mala, mortem uero quis posset contemnere? Istos uero iure time-

Quod dico uobis in tenebris.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iure timeretis, si totum hominem possent occidere, uos autem, qui nostis corpus uilissimam esse partem hominis, animam, quæ potior est hominis portio, nequaquàm ab istis lædi posse, quantúmuis sæuiant, non est, quod illos metuatis. Magis læderent si nõ occiderent, sibi obsequẽtes, quàm si occidant contempti. Ostẽdam uobis qui magis metuendus, eum metuite, qui ut totum hominẽ condidit, ita potest totum hominem, æterno damnatum exitio, tradere gehẽnæ. Quanquàm corpus quod ad tẽpus extinguit tyrannus, non omnino perit, reddetur enim in resurrectione longe melius, sed idem. Hactenus igitur corpus duntaxat periclitatur, si constanter obtemperantes iussis meis contingat occidi. Cæterum si iussis illorum obtemperantes deseratis Euangelij negocium, iam non corpus solum perit, quod etiam si nullus occidat, tamen communi naturæ lege moriatur oportet, uerumetiam anima tradetur æternis incendijs. Quid autem refert, utrum persequutor auferat uitam an morbus, aliúsue casus? Certe gloriosius est, ob Euangelium mortem oppetere. Quæ quanquàm est uiolẽta, non tamen ueniet ante diem. quandocunq; ueniet, non ueniet absque prouidentia diuina. Vnde fit, ut si conemini uitare, non possitis. Non patietur deus uos occidi, nisi quum maxime uobis expediet mori. Quare hanc quoq; formidinem omnem ex animis ꝓpellite. Deus hoc quoq; curabit, cui non esset difficile uobis immortalitatẽ largiri, nisi maius esset,

Nónne duo passeres assse ueneunt.

mortem

mortem contemnere, quàm effugere. Quid uilius passer alis, quorũ par emitur aße, nummo minimo? Et tam immensus est passerum ubiq; numerus. Et tamen ne unus quidem ex illis perit in terra, nisi uoluntate permißuq; patris uestri. An igitur metuitis, ne uos, quos ex omnibus delegit ad hoc negocium, paßurus sit ante tempus interire, quos adeo nõ negligit, ut etiam omnes capitis uestri pilos habeat numeratos. Quod si uos multo pluris estis patri, paßeribus innumeris, non est quod metuatis ne quid in uos poßint homines secus quàm illi uisum est, qui uestri iugem agit curam. Huic igitur uitæ mortisq; uestræ curam relinquite, nec ullo metu malorum, quæ poßunt homines hominibus inferre, deterreamini à publica professione mei nominis, quàmlibet inuisi mundo. Quisquis enim contemptis hominum probris, me dominum ac magistrum profeßus fuerit in hac uita, hunc et ego agnoscam famulum ac discipulum corã patre meo cœlesti. Contra quem mei puduerit apud homines, meq; negauerit, hunc & ego negaturus sum apud patrẽ meũ, qui est in cœlis. Non est autẽ hæc delicata professio. Nõ enim me profitetur, nisi qui uita quoq; declarat se credere dictis meis. Abnegauit autem qui sic uiuit, ut quic quàm anteponat mihi. Quid igitur lucri sit, si quis hic metu falsæ ignominiæ, quæ nec diuturna futura sit, nec prorsus ignominia sit, nisi apud ignaros ac stultos homines, quum apud deum uera sit gloria, perdat egregiam

illam, &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

illam, & æternam laudem, apud patrem & angelos patris? Lucrum est ista negligere, & omnibus contemptis, ad æternũ properare præmium. Hoc suo tempore reddetur promeritis. interim bona præmij pars est, bona consæntia. Non est dilutare res nec facilis Euangelij professio. Præmia quidem ingentia, sed ad hæc pertinacibus animi studijs grassandum est, non contingent otiosis, ac cessantibus. Violenta manu sunt asserenda. An putatis, quod uenerim ut in terris seram pacem inter homines? Longe secus habet, imò non ueni ut seram pacem & concordiam, sed gladium & bellum etiam intestinum ac domesticum, non modo ciuile. Quum enim Euangelica doctrina plerisq; sit inuisa futura, & hæc tam ardens sui studium requirat, ut oporteat omnes humanos affectus quantum uis impotentes cedere. fieri non potest, quin magna dissidia inter coniunctissimos etiam exoriantur, dũ & ij, qui mundum deamant, citius sæuient in sibi charissimos, quã uita a quibus assueuerunt relinquant. & quos semel attigit ardor Euangelicæ charitatis, nullis affectibus se patientur duelli ab eo, qd cœperunt amplecti. Sed felix dissidium quod synæra prouehit, putria resecat. felix gladius, qui noxias cupiditates omnes ab animo recidit. Hic tumultus mihi imputetur non uobis, qui dato pharmaco, corpus omne perturbarim, sed ita, ut qui belligerantur aduersus affectus suos odio nominis mei, sibi debeant imputare non mihi. Nam ipsis æmulari licebat

Nolite arbitrari, qa ueni pacẽ mittere.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quos persequuntur. Omnibus offero salutem. Quam si amplectantur omnes, nullum erit dissidium, per se quidem Euangelium res est pacifica, sed aliorum uitio concitatur seditio. Vt pharmacum per se res est salutifera, sed interim in corpore mouet tumultum, dum consulit omnium membrorum tranquillitati. Verum expedit amputari noxia, quo magis inter puros constet uera sanctaq; concordia. Hunc igitur gladium defero in terram, qui dirimat concordiam, inter filium & patrem. qui dissecet naturæ coniunctissimum uinculum, inter filiam & matrem. qui distrahat concordiam, inter socrum & nurum. Nullus est naturæ aut amicitiæ nexus tam tenax, quem hic gladius non queat dirumpere. Quos domestica consuetudo fecerat homini coniunctissimos, hos Euangelij gladius inimicitia subita diuellet. Sed hactenus constabit hoc bellum, ut qui stant à nobis, contemnant tantum hostes, non lædant autem, quod quidem in ipsis est, seruent etiã si queant. Et hactenus consistet contemptus, non ut fastidiant, sed ut modeste reddita ratione non obtemperent, iussis impijs. Vobis danda est opera modis omnibus, ne per uos turbetur communis reipublicæ status, ne desitis officio, quod filius patri, quod filia matri, quod frater fratri, quod maritus uxori, quod affinis affini, quod amicus amico, quod familiaris familiari debet ex lege naturæ. Non enim abrogo naturæ legem, sed perficio. Publicis magistratibus in omnibus obtemperandum

Qui amat patrem aut matrem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rendum est, nisi quum præscribunt impia, uocant iniuſ
cundum est. exigunt rationem, reddenda est. sin iube=
ant immolare simulacris, si imperent cessare à prædi=
cando nomine meo, nequaquam est obtemperandum.
Nec sunt tamen conuicijs irritandi, sed sobrie reddenda
est ratio, quur magis decæat obtemperare omnium prin=
cipi deo, quàm humanæ potestati. Aequum enim esse, ut
præscripta dei, præscriptis hominum præponderent.
Quod si præscribant iniqua, sed quæ non faciant impi=
os, si qui obtemperent, tolerandi sunt, ne prouocati sæui
ant. Quod genus sunt, si uestem aut pecuniam auferant
præter ius, si conijciant in carcerem, si flagris cædant.
Hæc enim adeo nõ auferunt pietatem, ut per occasionem
augeant, & illustrent uirtutem Euangelicam. Itidem pa=
renti si quid opus est, etiam ethnico, & ab Euangelio ali=
eno, præstandum est officium pietatis. Verum si paren=
tis autoritas auocet ab Euangelio, magis obtemperan=
dum est patri cœlesti, quàm terreno. Nec tamen pater
est aspere spernendus, sed blande, reuerenterq; monen
dus, ne repugnet deo. Ad hunc modum & cum cæteris
agendum, quibus ex natura, moreue auili debemus offi
cium humanitatis. Dicet aliquis, durum est huiusmodi
affectus uincere, quos natura nobis penitus inseuit. Sed
tales requirit Euangelij professio, fortes ac masculos,
quicq; nullis affectibus dimoueantur à cœlesti negocio.
Hac uia me uidebitis ingredi, eadẽ me sequatur oportet,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qui se uelit haberi in numero discipulorum meorum. Filius qui amat patrem aut matrem, plus quã me, non est me dignus. Rursum pater qui filiũ, aut filiam amat plus quàm me, non est me dignus. Amat aũt plus quam me, si dum illi obsequitur, mea præcepta negligit. Impia pietas est, sic indulgere parentibus hominibus, ut deum parentem offendas. Et ne uideatur esse nimium dei uoluntatem præferre omnibus humanis affectibus, quum nihil sit homini uita charius, nisi quis hanc quoq; contemnat Euangelij gratia, & semper paratus ad omne mortis ac supplicij genus. tollat cruœm suam, & sequatur me quotidie, non est me præceptore dignus discipulus. Quemadmodum enim præposterus amor parentis aut filij, odiũ est uerius, quàm amor, quum utriq; sit noxius. ita præpostera cura seruandæ uitæ, uerum est exitium uitæ. Seruauit uitam qui bene perdidit. Perdidit, q̃ male seruauit. Qui deserto Euangelio, & abnegato me, placauit iudicem, effugit carcerem, effugit cruœm, euasit mortem, quum uideatur hominibus lucrifecisse uitam, uere iacturam uitæ facit. Rursus qui constanter adhærens Euangelio, fortiter sese periculis omnibus ac mortibus obijcit, uidetur hominibus subire uitæ dispẽdium, quum is demũ uitam lucrifecerit. Non perit anima, quum ob Euangelij professionem occiditur, sed in æternũ seruatur. uere perit, si breuem in corpore moram impietate depecisatur, quanquam ne tum quidem uiuit in corpore, quæ uiuit inuisa deo.

Qui inuenit animam suã perdet illam.

Qui recipit uos me recipit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uisa deo. Nec est periculum ne si contingat, à parentibus, cognatis, affinibus & amicis destitui, non sint qui tectum ac uictũ suppeditent. Dotes quibus uos instituo, uestraq; synceritas, uobis ubiq; parabit domos, parentes, filios, cognatos, & amicos. Tot enim habebitis fratres ac filios, quod habebitis discipulos. ut nunquam defuturi sunt qui uos aspernentur & persequantur, ita nusquam non erunt, qui uos syncero refoallent affectu. Atq; ut illos uobis non ulciscentibus, sed bene precantibus olim grauissime puniet deus, qui se spretum interpretatur, quum uos spernimini, ita his pro uobis, etiam si nihil referatis gratiæ, mercedem amplissimam reponet. Non enim uobis sed sibi uult imputari deus, si qd officij fuerit in uos collocatum Euangelij respectu. Quisquis enim uos recipit, me recipit, cuius nomine legatione fungimini. & qui me recipit, recipit patrem, à quo missus sum, & cuius ago negocium. Is igitur ut diues est pariter ac benignus pro quamlibet leui beneficio in uos collocato, præmium amplissimum remetietur, ut beneficium suum in uos non insumpserint, sed fœnerauerint, & multo plus gratiæ debeat, qui dedit, quàm qui accepit. Siquidem ingens lucrum est spirituales ac perpetuas opes, corporali temporarioq; beneficio commutasse. Qui recipit prophetã, non ob aliud, nisi quod propheta est, nisi quod à me missus, prædicat diuinam uoluntatem, ac diuina promissa, is prophetæ mercedem accipiet, nimirum factus & ipse

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

propheta. Et qui iustum recipit, non quia cognatus sit, aut ob alium quempiam affectũ humanum, sed hoc tantum nomine, quod iustus sit, iuxta regulam Euangelicam iusti mercedem accipiet, nimirum factus & ipse iustus. An non feliciter commutauit, qui communicauit hospitium, & lucrifecit innocentiam? Ab hoc lucro nec fortunæ tenuitas quenquam arcebit. Hic enim affectus dantis æstimatur in ratione præmij, non doni pretium. Imò qui uel aquæ frigidæ poculum dederit, non dicam mihi, sed uniculibet ex his minimis, tantum ob hoc, quod meus sit discipulus. pro certo dico uobis, non frustrabitur mercede sua, fiet enim & ipse discipulus meus. Quis aũt usq; adeo tenuis est, ut non possit sitienti porrigere aquam frigidam? Vt autem non refert, quantum sit, quod datur, sed quo affectu, cuiúue nomine detur, ita non refert, quantus sit ille cui præstatur officium, hoc satis est, quod est meus discipulus, ut mihi possit imputari pro magno beneficio.

Caput XI.

VBi mandatis huiusmodi Iesus suos discipulos ad prædicationem Euangelicam instruxisset, relictis illis, quo semoti à præceptore, sui periculum facerent, reliquit montem, ut & ipse pro sua portione prædicaret Euangelium in ciuitatibus Iudæorum. Quumq; passim editis miraculis doctrinaq; mirabili indies magis ac magis increbresceret fama Iesu per uniuersam Iudæam & in regionibus Iordani finitimis, ubi prius prædicarat

Ioannes,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ioannes, ac baptizarat Iesum, disãpuli Ioannis iamdudum subinuidentes gloriæ Iesu, de quo nihil adhuc eximium sentiebant, quum de Ioanne, nesão quid, homine maius suspicarentur, renunciarunt Ioanni in arære, quantus esset successus omnium, quæ gerebantur per illũ quem paulo ante tinxerat in Iordane, cuiq; testimonium præbuerat apud populum. Porrò Ioannes uir absolutæ sanctimoniæ, gaudens euenire iam, quod ipse prædixerat suam opinionem, quæ re maior erat, decresere, Iesu famam indies inclaresere, sentiensq; disãpulorum suorum subinuidos affectus, ut illorum infirmitati mederetur, & ab se alienatos Iesu uelut in manum traderet, misit duos ex illis delectos ad Iesum, qui suis uerbis hæc illi referrent. tu ne es ille Messyas, qui dicebatur aduenturus, an non es, quem esse prædixeram, & adhuc alium expectamus? Hæc fãdebat Ioannes, non quod ipse adhuc dubitaret, sed ut confirmaret suorum animos, & immodicam de se suspicionem cum fide aboleret. Etenim si ipse negasset se Christum esse, & repetisset quod sæpe iam dixerat Iesum esse Messyam, disãpuli modestiæ tribuissent, & hoc magnificentius de illo sensuri, quo magis sese deiecisset. Sãebat autem Iesum ipsum melius huic imbecillitati medicaturum. Adeunt illi Iesum & renunciant, quæ mandarat Ioannes. Iesus autem non ignarus, certius esse testimonium, quod à factis profiãsãtur, quãm à uerbis, præsertim si quis ipse sibi sit testis,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nihil quidem respondit primum, sed in illorum conspectu multis æditis prodigijs, nouis & inauditis, sanans ægrotos, profligans impuros spiritus, restituẽs debiles cæcorum oculos aperiens, ait illis. Nihil opus est ut de me qui sim pronunciem. Tantum ite & renunciate Ioanni, quæ uestris oculis uidistis, quæ uestris auribus audistis. Cæci recipiunt uisum, claudi ambulant, leprosi mũdantur, surdi audiunt, dæmoniaci liberantur, mortui reuiuiscunt, denique iuxta uaticinium Esaiæ, pauperes, & humiles amplectuntur Iesum salutis æternæ nuncium, quem feroces & arrogantes aspernantur. Hæc inquam facta satis loquuntur qui sim. Beatus aũt est, cuius animo successus tantus Euangelij non præbuerit occasionem mali. Hoc adiecit Iesus, modeste subtaxans inuidiam discipulorum Ioannis, sed sic ut nec apud turbam pudescerent, sed tacti secum agnoscerent uitium suum. temperato modis omnibus respõso, ut & ipse fugeret arrogantiæ suspicionem, & maiorem fidem faceret discipulis, & illorum affectioni mederetur potius, quàm traduceret. Illis igitur digressis, conuersus ad turbam, ne quid suspicarentur de Ioanne, quod illo parum esset dignum, existimantes eum hæc percontatum sibi dubitanti, ac non potius discipulorum imbecillitati sanandæ, cœpit amplissime Ioãnis laudes deprædicare, sic tamen ut illi Messyæ laudem non ascribat, sed proximam duntaxat, & tamen pondus arroget illius de se testimonio. Expediebat enim ut popu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ut populus quàm optime sentiret de Ioanne qui tam præclare testificatus fuerat de IESV, quod esset filius dei, quod esset agnus, qui tolleret peccata mundi, quod esset is, qui baptizaturus esset igni & spiritu. Nec enim in talem uirum cadebat suspicio uanitatis, quasi falso prius Christum prædicasset, aut inconstantiæ, quasi post mutatus, cœpisset de Christo dubitare. Ne cui, inquit, obrepat suspicio leuitatis de Ioanne. Alioqui si talis uisus est uobis, qui leuium hominum more mutet sententiam, & quod prius affirmauit, post uocet in dubium. cuius spectaculi gratia, sic dudum confluebatis in desertum? An ut uideretis arundinem agitari uentis? Talis enim fuisset si nũc à seipso dissentiret, suiq; dissimilis esset factus. Sed ab hac suspitione facile illum uindicat perpetua uitæ totius austeritas. Quid inquam uisuri conurrebatis tum in desertum? Num hominem holoseriis uestitum? Hoc spectaculum non conueniebat eremo. Siquidem qui uestiuntur lineis & holoseriis, in palatijs regum sunt, quibus luxus uitæq; delitiæ conueniunt. Atq; inter hos locus est inconstantiæ, locus est adulationi. Qui locustis uictitat & melle sylueſtri, qui pilis Cameli tegitur, qui coriacea zona cingitur, in hunc non cadit huiusmodi suspicio. Nec aulæ regiæ familiaritas potuit illius institutũ uertere. Illũ adulari nesciſſe, carcer arguit. Sed magnũ aliquod spectaculum fuerit oportet, quod uos tam frequentes pertraxerit in desertum? Quid igitur uenie-

Quid existis uidere in desertũ?

 batis specta-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

batis spectatum? Num prophetam aliquem? Nam ij solent ferè in desertis uitam agere. Hic certe non estis frustrati spe uestra. Vidistis enim non solum prophetam, sed præstantius quiddam ꝓpheta. Hic est enim de quo uatiãnatus est olim Malachias, quod præcursor esset Messyæ iam aduẽtantis, ut non solum in longum illum oraculo promitteret, sed etiam de proximo digito posset ostendere. Vatiãnium sic habet. Ecce, inquit, mitto angelum meum ante conspectum tuum, qui tibi mox uenturo uiam præparet. Illud uobis affirmo, tantam esse Ioannis præstantiam, ut inter uniuersos, quos ulla fœmina produxit in lucem, nemo sit illo maior. Attamen is, qui nunc in Euangelij prædicatione à multis habetur minor, solus est illo maior. Neq; enim ille Messyam ambiguis uatiãnijs promisit olim uenturum, sed iam uenientem ostendit, & regnum cœlorum iam adesse prædicauit. Hactenus expectabatur doctrina cœlestis, quã patriarcharum typi, quam uatum oracula per ænigmata quædam promiserant. Nunc Ioannes sic excitauit animos multorum ad Euangelicæ doctrinæ studium, ut ab exordio prædicationis illius, usq; ad hunc diem, ad hãc fidei uiolentia perrumpant, etiam peccatores & ethnicã, & nolentibus uolentibus nobis ui diripiant. Nolunt diutius excludi, nolunt diutius in umbris, & ænigmatis uetustæ legis detineri, sentientes adesse lucem Euangelicæ ueritatis, iamq; adesse rem, in superioribus libris ad umbratã

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

umbratam. Nec aliam prophetiam expectandam de Messya uenturo. Siquidem omnes typi, quibus lex designarat Messyam uenturum, omnia uatinia prophetarum, quæ promittebant Messyam uenturum, simulatq; uenit Ioannes, desierunt rem futuram promittere. Stulte enim expectatur quod adest. Nihil supest nisi ut qd' iuxta uatum oracula, nunc præsens offertur, ardentibus studijs rapiatur. Atq; ut plane uideatis, post hac non esse uobis alium prophetam, qui Messyam uobis annuntiet adfuturum, Ioannes ille est, quem Malachias, sub Heliæ nomine, quem uictus ac uestitus austeritate, quem libertate in arguendis regibus retulit, uenturũ esse prædixit, antequã ueniret Messyas. Hũc igitur si reãpitis, credite iam adesse Messyam tot seculis expectatum, uidistis illius uitam, audistis testimonium, auditis quid & ipse loquar uobis. Si cui sunt aures, ut admittat ueritatẽ, audiat. Si quis obturarit aures suas, sibi imputet exitium suum. A nobis nihil omissum, quod ad mouendos animos oim faãt. Et tamẽ uideo multos tam pertinaãter incredulos esse, ut nec austeritate Ioannis territi, nec mea ãuilitate, beneficentiaq; deliniti, reãpiant, quod tot iam seculis ex fide prophetarum expectarunt. Qualem esse diam hanc generationem? Aut qua similitudine possem illam adumbrare? Similis uidetur pueris in foro sedentibus, qui sic uulgata cantione procul acclamãt sodalibus suis. Tibijs cãnimus uobis læta, nec saltastis,

Omnes enĩ prophetæ & lex.

Lugubria

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Lugubria cãnimus uobis, nec plãxistis. Diuersis uijs idem tentatum est à nobis. Neutra profectum est apud quosdam incredulos, ac morosos. Ioannes ueluti lugubri cantu nationem hanc excitaturus ad pœnitentiã, prodijt, insignis austeritate uitæ, ieiunans, & abstinens ab omnibus delicijs aborum, abstemius, & aquæ potor. Et sunt qui dicant dæmonium habet, tantum abest ut imitentur. Prodijt filius hominis, ueluti tibiarum lætiore cantu, nationem hãc excitaturus, ad amorem cœlestis doctrinæ, quoq; plures alliceret comitate sua, non abdit se in deserta, nec utitur uestitu insigniter aspero, nec abis insigniter austeris, sed omnibus semet accommodans, nec ullius aspernãs consortium, uesãtur quibuslibet, & bibit qd' apponitur. & rursum inueniunt, quod calumnientur dicentes. Ecce homo uorax, ac uinolentus, amicus publicanorum, & peccatorum. Qui non commouentur austeritate, solent blandimentis, & comitate uinci. At ista natio ad omnem occasionem fit deterior. Nullumq; remedium sibi non uertit in materiam maioris morbi. Sed quo pluribus modis prouocata est ad salutem, hoc omnibus erit euidentius, eam suapte malicia perisse, ac dei sapientia, cuius hæc consilio geruntur omnia, iustiæ laudem feret apud filios suos, quum uiderint eos qui magni iustiq; uidebantur apud homines, ob incredulitatem suam repulsos à regno cœlorum. cõtra peccatores, publicanos, meretrices, ethnicos, humiles, & abiectos, ob fidei prompti

Et iustificata est sapiẽtia à filijs suis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

promptitudinem admißos ad ſalutem æternam. Hic Ie- ſus ueluti demiratus inuinãbilem quorũdam malitiam, cœpit ad aliorum terrorẽ exprobrare ciuitatibus, quæ quum in his plura miracula ꝓdidiſſet, & homines ſanaſſet, tam multa docuiſſet, tamen ad pœnitentiam uitæ prioris compunctæ non ſint. Væ, inquit, tibi Corozaim uæ tibi Bethſaida, quia ſi prodigia quæ ſunt in uobis ædita, uiſa fuiſſent in Tyro, aut Sidone, quas ciuitates uos ut ethnicas, & impias execramini, iamdudum compunctiin cilicio, & cinere peccatorum ſuorum agerent pœnitentiam. Et interim uobis placetis, quod Iſraëlitici generis ſitis, quod non immolatis idolis, quod nõ tam palàm ac licenter indulgetis luxui, quod unum deum colitis, qd Abrahæ filij ſitis, quod legem & prophetas habetis, immo niſi reſipueritis, hæc omnia cedent uobis in cumulum damnationis. Illud enim affirmo uobis, in die diuini iudicij, quum non ex opinione, ſed ex merito quiſq; æſtimabitur à deo, mitius agetur cum Tyro & Sidone, quã uobiſcum. Leuius punientur, quia non perinde atq; uos fuerunt ad pœnitentiam prouocatæ. Et tu Capernaum, quæ nunc tibi placens in cœlum uſq; tollis animos, tunc ad inferos uſq; detraheris. Tibi plaudis, tanquam iuſtitiæ cultrici, & Sodomæ cultores abominaris, qui olim horrendo ſupplicio ſcelerum ſuorum dedere pœnas. In die iudicij & horum damnatio mitior erit, quàm tui. Nam ſi Sodomis edita fuiſſent ea miracula, quæ prodita ſunt in te,

Tũc cœpit exprobrare ciuitatibus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sunt in te, pœnitentia placaßent deum offensum, & diuitiates extarent in hodiernum usq; diem. Cum autem essent ad Iesum reuersi à prædicatione discipuli, lætiq; retulißent illi negotium succeßiße, ille docens nos, deo tribuendum, quicquid à nobis cum laude geritur, sublatis in cœlum oculis dixit. Gratias ago tibi pater, qui dominus es cœli, ac terræ; cuiusq; sapientia reguntur uniuersa, quod hanc cœlestem philosophiam celasti sapientiæ prudentiæq; mundanæ persuasione turgidos elatosq;, & eam aperuisti pusillis, humilibus, & iuxta mundi æstimationẽ stultis. Profecto sic est pater, quia sic uisum est tuæ benignitati, quo docères tibi non placere feroces & suæ iustitiæ, suæq; prudentiæ fidentes, & eos esse magnos apud te, ob simplicitatẽ fidei, quos mundus habet prostultis, & abiectis. Sic placitum tuo diuino consilio, damnare sapientiam humanam, & per humilitatem Euangelicæ doctrinæ, bonos ad te pertrahere. Ac mox uersus ad circũstantes. Horum, inquit, omnium bonorum pater est autor, à quo mihi tradita sunt omnia. Illum meq; nosse uera felicitas est. Sed nõ insinuat sese, nisi placidis ac modestis animis. Hæc arcana quædam est & mundo incognita philosophia. Nemo nouit filium nisi pater, nemo nouit patrem nisi filius, & cui uoluerit filius patefacere, non patefecit autem superbis, & elatis. Nihil agit doctrina, nihil agunt miracula, nisi secretus accesserit afflatus. Sed hoc non dignamur nisi eos, qui

Confiteor tibi pater.

prorsus

prorsus diffisi suis præsidijs, totos sese credunt bonitati diuinæ. Qui sibi uidentur sapiẽtes, indigni sunt hac sapientia. Qui sibi uidentur diuites, nõ admittuntur ad has opes. Qui sibi uidentur nobiles ac potentes, nõ recipiuntur ad hæc adyta. Qui sibi uidentur iusti, nõ sunt capaces iustiæ diuinæ. Hic Iesus animo contemplans quanta esset generis humani calamitas, alios præmi paupertate, rursus alios grauius etiam distorqueri cura diuitiarum. Alios affligi morbis, alios senio, hos discruciari amore, illos etiam grauius odio torqueri, multos uarijs falsarum opinionum inerrare labyrinthis, plerosque scelerum conscientia nunquam non intus affligi. nec esse qui pastorem ageret fidum & efficacem, quum essent innumeri, qui fastu gererent sacerdotes, qui Rabi nomine se uenditarent, qui decimas exigerent, misericordia commotus inuitat omnes ad se, omnibus solatium ac remedium polliens ultro, si modo simplici syncero q; pectore sese adeant, & excusso iugo mundi longe miserrimo, molestissimoque, iugum Euangelicæ doctrinæ recipiant. Venite, inquit, ad me, quotquot afflictionibus, curis, aut uitiorum conscientia laboratis, quotquot malorum sarcina degrauamini. Ego uos refocillabo, ego aduersus omne malorum genus impartiam solatium. Nec opes, nec honores, nec uoluptates huius mundi præstant ueram animi tranquillitatem, nec philosophia mundi huius, nec pharisæorum religio,

Venite ad me oẽs qui laboratis.

liberat

liberat à molestis curis. Habet mundus suum iugum, prima specie blandum, sed reuera molestum & asperum. Illud in primis exaudite, ad me currite, lubentes, & alacres iugo meo colla uestra submittite. Ex me disãte, quæres solaueréq; tranquillet animũ, & quo fonte nascatur totus iste mortalium tumultus. Nimirum hic est elatus ac ferox animus, sibi fidens, deo parũ fidens. Hinc scatet ambitio, studium pecuniæ, uindictæ libido, simultas, liuor, bella, seditiones, impietates in deum, quibus rebus quid esse potest tumultuosius, aut quid turbulentius? Quod si uultis semel ab omnibus malis liberari, fontem tollite, accipite doctrinam meam, imitemini uitam meã. Disãte ex me quod mitis sum, & corde minime elato. Quid possim miraculis declaraui. & tamen nec opes, nec honorem affecto, neque quicquam omnino ambio, quod apud mundum magnum ac præclarum uidetur. Neminem quamuis humilem aut peccatorem fastidio. Nõ regero conuicia, non reprecor male precantibus, nõ referio ferientem. Totus ex patris nutu pendeo. Ille pœnas exiget ab improbis. ille præmia reponet benefactis illi cedo totam gloriã. illi cõmitto omnem solliãtudinẽ. Ego simpliciter illius uoluntati per omnia morẽ gerens, quod in me est, studeo benemereri de omnibus, nocere nemini. Hoc solum si à me didiceritis, sentietis cõsidere miseros istos tumultus, quibus nunc sine fine iactamini, parietisq; quietem, & tranquillitatem animis uestris,

quæ uos

quæ uos etiam in medijs malorum æraunfrementum pro
cellis comitabitur. Mitis ac mansuetus animus, fons est om
nis tranquillitatis humanæ. Tantum fidentes colla submit
tite. Non est quod metuatis iugum meum. Durum et grá
ueuidetur incredulis, sed ijs, qui toto pectore fidũt boni
tati diuinæ, qui concæperunt ignem charitatis Euangeli=
cæ, molle & commodum est iugum meum, leuis est sar=
cina mea. Siquidem illud reddit suaue certa spes præmi=
orum, hãc leuem efficit, amor ineffabilis in deũ. Quid
autem non dulce amanti, si mens sibi bene conscia, et om=
ni sollicitudine uacans. Si certa fiducia de præmijs æter=
næ uitæ, quid exorietur, quod talem animum cõturbet,
aut commoueat. CA. XII.

QVodam autem die, quum Iesus iter faceret per se
getes ac discipuli, stimulante fame præedentes
dominum, uellerent spicas, ac manibus confrican
tes ederẽt grana. Pharisei captantes undiq; calumnian
di materiam, dixerunt illi. Non uides quid faciant disci
puli tui? uiolantes sabbatum? Quur igitur illos non pro
hibes, facientes sabbato, quod facere fas non est. Hic Ie=
sus ita patrocinatus est discipulis suis, ut tamen ipsum nõ
possent criminari, uelut autorem uiolãdi sabbati, simul
que docet constitutiones huiusmodi cessare debere, quo=
ties necessitas, aut insignis quædam utilitas inciderit. Sab
batum enim, & ieiunia, similiaque non esse instituta in
perniciem hominis, sed in salutem. Pharisæis igtur legi=
m speritis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

speritis, exemplum obiciat ex lege, non cuiuslibet homi nis, sed eius, quem ipsi habebant in primis probatum & inculpatum. Quid, inquit, calũniamini discipulos meos, quod re parabili succurrũt fami? An nõ legistis Dauid sanctissimum necessitate adactum maius quiddam au sum esse, qui quum fugiens Saulem, uenisset in urbẽ No be, comedit panes sacros, quos propositionis uocant, nec ipse tantum sed et comites ipsius ac famuli. Nefas est ex his panibus cuiquàm uesci, præterquàm sacerdotibus, ac leuitis. Sed quum fame periclitaretur, nec sacerdos ueri tus hos illi prodere, nec Dauid ueritus ueluti prophanas attingere uesciqúe. Si probatis quod fecit Abimelech sacerdos, si non damnatis quod fecit propheta Dauid, quur meos ob rem multo leuiorem calumniamini? Quã tulum enim est hoc operis, spicas obuias uellere, & gra nis confrictu palmarum erutis uesci? Quid quod ipsa lex aliubi iubet uiolari sabbatum. Siquidem sacerdotes in templo, dum in sabbato iugulant pecudes, & lanie nã quandam excercent, dum congerunt struem ligno rum, dum incendunt, dum detrahunt pellem, dum secãt, dum coquunt, nonne prophanant sabbatum? Lex non si nit quicquàm operis fieri, & has operas tam sordidas, sacerdotes sacri, in loco sacro exercent in sabbato. Hæc sãtis fieri, & probatis hoc nomine, quod ad usum tem pli faciant. Si tanta est autoritas templi, ut quod operis il li impenditur, non uiolet sabbatum, illud dico uobis hic esse

esse maiorem templo. Huic qui ministrant eos magis oportebat esse excusatos à uiolati sabbati crimine. Si non prophanãt sabbatũ, qui laborãt in sacrificijs Mosaicis, multo magis excusandi sunt, qui seruiunt euangelio, qua non alia uictima deo gratior. Qui sabbatum instituit. idem potest & sabbatum tollere. et qui sabbatum instituit, hominis gratia instituit, non contra sabbati causa condidit hominem. Aequum est igitur ut observatio sabbati cedat hominum utilitati, non ut homo sabbati causa pereat Si tantum tribuitur sacrificio, ut qui illi seruit, impune uiolet sabbatum, quur non & illum habetis excusatum qui necessario beneficio subleuat proximum in sabbato? Quandoquidem hoc sacrificium deus sibi fatetur esse pluris, quàm si quis immolet pecudem. Ait enim. misericordiam uolo et non sacrificium. Vos legisperitiam profitemini, & tamen hoc in lege scriptum est, quod si uere intelligeretis, nunquàm ob rem leuem, & nulli noxiam, accusaretis inculpabiles. Sunt enim quædam instituta, non quod per se bona sint aut mala, sed quod aliquo modo conducant ad pietatem, nec tam præstant sanctimoniam quàm significant, quod genus sunt, cibi genus, uestis color, aut forma, materiáue, [illegible], [illegible]. Harum rerum non oportet adeo superstitiose tenaces esse, ut ob has quis uel omittat, quæ per se, semperq; bona sunt, aut faciat quæ per se semperq; sunt mala. Adulterium, homicidium, obtrectatio, liuor, nullo non die mala sunt, ac

Dominus enim est filius hois etiam sabbati.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nefaria. Et tamen qui Pharisaica religione sunt, minus abhorrent ab his, quàm à uiolando sabbato. Subuenire proximo egenti, nullo non die pium, & sanctum est, & tamẽ pharisæi sabbati seruandi prætextu patiebantur affligi proximum. Hanc superstitionem perniciosissimam Iesus Christus studuit penitus ex animis suorum eximere. Proinde quo magis perspicuo exemplo idem inculcaret animis omniũ, Digressus hoc loco, reuersus est in Synagogam eorum, habiturus eos testes, quos sciebat huic morbo potissimũ obnoxios. Et ecce statim illic sese offert occasio miraculi. aderat enim in turba quidam dextram habens manam, & arefactam. Porrò pharisæi uenantes honestam ansam accusandi Iesum, obseruabant cum, an sanaturus esset hominem in sabbato, qui paulo ante fuerat apostolis patrocinatus in crimine sabbati uiolati. Iesus autem uolens omnibus palàm facere, calumniam illorum non ex religione profiscà, sed ex inuidia. Iussit hominem cui manus erat manca prodire in medium, quo uitum esset omnibus conspicuum, & uel misericordia commouerentur erga calamitosum, qui membrum omniũ maxime necessarium pauperi, mortuum & inutile circunferebat. At prius quàm sanaret, hominẽ, non insciis quid cogitarent pharisæi, percõtatus est eos, dicens. Vtrũ fas est sabbatis sanare hominem? Et utrum tolerabilius est apud uos benefacere homini, an male seruare hominem, an perdere? Perdit enim qui quũ seruare possit, non seruat

Et transiẽs inde uenit ĩ synagogam.

quat. At illi simul obtiuerunt, ne uel crudeles uiderẽtur populo, si nefas esse pronũciassent, homini calamitoso subuenire sabbatis, uel ansam perderent acausandi, si respõdissent licere. Taentibus autem illis, Iesus ipse collato exemplo soluebat nodum quæstionis. Quis, inquit, inter uos reperietur tam religiosus obseruator sabbati, ut si contingat unam ex ouibus suis sabbato delapsam in foueam periclitari, non protinus admoueat illi manum ut extrahat eam? Si tãtum apud uos ualet auaritia, ut malitis uiolare sabbatum, quàm unam pecudem interire rebus uestris, quanto magis hoc debet impetrare charitas, ut proximum, qui longe melior est oue, subleuetis die sabbati? Palàm est igitur, etiam uobis iudiãbus fas esse beneficio iuuare proximum sabbato. Cæterum quum Iesus ne his quidem uerbis sentiret illorum inuidiam mitescere, nec hominis miserandi conspectu, nec ratione tam euidenti commoueri, aranferens oculos suos, indignabundus, & indolescens de tanta cæcitate cordis illorum, Versus ad eum qui manum habebat aridam, & contractam. Protende, inquit, manum tuam, simulque cum dicto, protendit manum sanam, & agilem, non minus quàm erat altera. Hoc tam insigni facto, in rabiem acti pharisæi, quum uiderent hanc ansam sibi ereptam acausandi Iesum, digressi à Synagoga, relictaq; turba, quam intelligebant esse propensiore studio in Iesum, cum Herodianis, qui & ipsi commercium habebant cum discipulis Ioan-

Exeũtes autẽ pharisæi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nis, subinuidẽtibus gloriæ Iesu, clàm iniere consilium, qua uia Iesum tollerẽt è medio. Iam aderat homicidij uoluntas, nec quicq̃ deerat præter occasionem idoneam. Iesus autem non ignarus, quid molirentur, subduxit sese ab eo loco, ne furentibus ansam aliquam dedisse uideretur ad extrema ueniẽdi. Poterat illos odiose retundere, poterat miraculis obruere, poterat & perdere, sed ostẽdere uolens Euangelicam mansuetudinem, cessit illorum furori, si forte mitescerent, aut resipiscerent, et hactenus illis cessit, ut nihilo secius alijs in locis, turbis cõfertis sese comitantibus, impartiret doctrinam cœlestem, & quotquot offerebãtur ægroti, aut alioqui calamitosi sanaret. Nondum enim uenerat tempus illius, nondum satis erat proditum Euangelium. Cessit igitur, non uti sibi consuleret, sed ut illis substraheret occasionem impij furoris, simulque moneret Euangelicam philosophiam non terroribus, non conuicijs, aut contentionibus esse defendendã aduersus rebelles, sed mansuetudine. Præcepit igitur turbis aspectantibus, ne se facerent palàm, et latius increbescente rumore, pharisei magis ac magis accenderentur. Neq; enim hoc casu factum est, sed ita futurum iam olim prædictũ erat per prophetam Esaiam. Apud quem pater filij sui uictoriam mansuetudine partam, ac salutem Euangelicam, ob satis omnibus spectatam Iudæorum pertinaciam ad gentes delatam describit his uerbis. Ecce, inquit, filius meus, quem præ cæteris elegi, ecce dilectus

meus

meus, in quo sibi complacuit anima mea, impartiam illi spiritum meum mansuetum ac lenem, & huius instinctu iudicium annunciabit, non solum Israëlitico populo, ucrumetiam omnibus gentibus. Non hoc aget per tumultum, aut uim. Non enim litigabit, neq; uociferabitur aduersus contentiosos. Neq; quisq; audiet uocem illius in plateis, quod solent, qui lingua belligerantur. Dabit locum inuincibili malitiæ, sed omnes conabitur ad salutem adducere. Nec malis dabit occasionē immedicabilis exitij, sed seruabit omnes, si quà forte se uertant ad meliora. Non aspernabitur imbecilles, nō aspernabitur infirmos, in quibus erit aliquid bonæ spei reliquū, hos foucbit potius quàm opprimet. Arundinem quassatam, non cōfringet, & linum fumigans non extinguet, donec progressu temporis per se uincat ueritas, eoq; sua culpa proruperit uesania impiorum, ut omnes intelligant illos merito repulsos & abiectos. Tunc gentes amplectentur illius doctrinā à Iudæis spretam, & in eo collocabunt spē suam, qui Iudæi fidere recusarūt. Euenit interim ut inter multos quos sanabat, offerrēt Iesu quendam obnoxium noxio dæmoni, quod misero simul oculos & linguā ademerat. Iesus imperauit, ut abiret dæmonium, abijt, & illico totus restitutus est ille ter miser, sic ut & uideret & loqueretur. Ad rem tam arduam, stupescebat multitudo iamque suspicantes illum esse Messyam, loquebantur inter sese. Nū hic est ille filius Dauid, quē promittūt pro

Tunc oblatus est ei dæmonium habens.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

phetæ? Hanc populi uocem quum audissent Pharisæi, Iesum quidem ipsum non aggrediuntur, à quo semper dissedebant inferiores, sed multitudinis animos conantur ab illius admiratione diuertere. Non potest, inquiunt, hic esse filius ille Dauid, quemadmodum uos suspicamini, siquidem ille ueniet suffultus potestate diuina. Hic non eijcit dæmones præsidio dei, quũ sit impius, & sabbatorũ uiolator, uorax ac uinosus, et sodalis publicanorũ, sed præsidio Beelzebub principis dæmoniorum. Iesus autẽ tametsi uocem illorum non audierat, tamen sciens, quid & cogitarent, & apud alios loquerentur, conuersus ad pharisæos, sic temperat responsum suum, ut illorum insanum conuicium manifestissima ratione refellat, nec tamen in illos regerat contumeliam, sed potius amanter inuitat ad salutem amplectendã. Omne regnum, inquit, intestino dissidio diuisum, intereat oportet. Et omnis domus intestina discordia secum pugnãs, conidat oportet. Quod si satanas satanam, et dæmon dæmonem expellit, quomodo durabit regnum illius? Quomodo autem cõsentaneum est, ut quum omnes dæmones sint hostes hominũ nec aliud spirant, quàm illorum exitium, quorum saluti misere inuident, nunc adeo faueant eorum saluti, ut hac de causa dæmon pugnet cũ dæmone? Iamsi ego uirtute præsidioq; Beelzebub eijcio dæmonia, isti mei discipuli filij uestri, quos agnoscitis, cuius præsidio dæmones eijciunt? Eijciunt enim & illi, nec illos interim calũniamini,

me

me unum calumniamini. Et tamen illi ut eijciant à me potestatem habent. Itaq; fieri non potest, ut illi uirtute dei profligent dæmonia, ego præsidio Beelzebub, quum isti per meum nomen id faciant. Et ideo possunt homines idiotæ tanta, quia simpliciter credunt me uirtute dei profligare dæmonia. Proinde horũ pia credulitas, uestrã damnabit incredulitatem, qui calumniari mauultis, quũ liceat imitari. Quod si res ipsa clamitet, me nõ præsidio dæmonis, sed uirtute dei, pellere dæmones, dubitare non debetis amplius, quin aduenerit ille filius Dauid, & regnum dei, quum uideatis ad inuocationem mei nominis factam ab ijs, qui profitentur Euangeliũ euanescere uires aduersariorum? Ut igitur dæmonum inter ipsos est concordia ad perdendum omnes, ita mihi, qui in hoc ueni, ut seruem omnes, cum illarum cohorte nulla est concordia, sed capitale dissidium. Hactenus Beelzebub tyrannidem exercuit in homines peccatis obnoxios, malisq; cupiditatibus addictos. Ego sublatis hominum peccatis Beelzebub principem, cum suo satellitio protero, et quos ille per iniustitiam possidebat, per innocẽtiam deo uindico. Viribus, non pacto res geritur. Sentiunt illi & fatentur adesse potestatem, cui cogantur cedere. Alioqui qui fieri potest, ut aliquis ingrediatur aræm uiri potentis, ac supellectilem illius diripiat, nisi prius potentem dominum superatũ coniecerit in uinula. Tum uero coërcito eo, qui poterat obsistere populabitur domum uni-

Aut quomodo potest qs quàm.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uersam, ac uelut prædam auferet. Mundus domus est Beelzebub. In hoc quoniã totus seruiebat ambitioni, luxui, libidini, auaritiæ, irc, liuori, cæteris q; cupiditatibus noxijs, per quas ille potens est, regnum quoddã sibi uindicabat. Ego ut uir fortior ingressus sum illius regnum, eoq; superato, quod ille iniuste possidebat, ucro principatum. Nihil igitur inter nos conuenit. Diuersi principes sunt, diuersa regna, nullo fœdere cõcilianda. Qui uult inseri regno dei, à regno Beelzebub se subducat oportet, cumq; illo belligeretur in castris meis. Nemo potest cum deo pacem habere, nisi bellũ habeat cum diabolo. Ego dei partes sequor, non Beelzebub. Proinde qui non est in castris meis, is hostis & aduersarius est meus. Et qui me non adiuuat in colligẽdo, is aduersatur dispergendo. Videte ut meliori parti uos adiũgatis, cõsultius est in regno dei salutem assequi, quàm in regno diaboli mortem æternam accersere. Desinite seruire peccatis, et nullum ius in uos habebit diabolus. Ab illo trãsfugas recipiet deus in regni sui consortium, nec pœnitentibus, ac resipiscentibus imputabit uitæ superioris commissa, quãlibet enormia. Tantum ne quis excæcatus inuidia, malitiaq; peruersus, aduersus suam ipsius conscientiam aduersetur gloriæ dei, & quum oculis cernat uirtutem diuinam manifestis signis & prodigijs sese mundo prodere, tribuat ea spiritui Beelzebub. Proinde illud affirmo uobis, quicquid commissum fuerit facto dictóue, condona-

Qui nõ est mecum contra me est.

Omne peccatũ et blasphemiam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

donabitur hominibus, modo resipiscant. Facile condonat deus, quod aliquo pacto ueniale facit humanæ naturæ infirmitas. Cæterum si quis conuicium dixerit in spiritum dei, cuius manifestam uim uidet ex ipsis factis, is uix inueniet ueniam. Et quisquis conuicium dixerit in filiũ hominis, quem ob infirmitatem carnis contemnit, condonabitur illi, quod error & ignorantia mixta facinori, excludit peruersam ac destinatam malitiam. At qui conuiciũ dixerit in spiritũ sanctum, uix nanciscetur ueniam, uel in hoc seculo, uel in futuro. Hoc autem dixit iesus deterrens pharisæos ab obstinata peruersitate, quod quum cernerent & intelligerent ea, quæ gerebat, non posse geri, nisi per spiritum ac uirtutem dei, tamẽ inuidia moti repugnabant gloriæ dei, & illius miracula maluerunt asscribere Beelzebub, cuius spiritum dicebant in Christo uim suam exercere. Quum iuxta communẽ etiam sensum è fructu dignoscatur arbor, quur uos arborem calumniamini, quũ fructum non approbare nõ possitis. Miracula quæ facio, subleuant miserias hominum, neminem lædunt, nec adhibentur ad inanem ostentationem, aut quæstum, sed ad beneficentiam & opitulationem. Hoc esse bonum nemo potest infitias ire, gratis benemereri de afflictis. Quur igitur, quod per se bonũ est dicitis à Beelzebub profiscci, qui uestro quoq; iuditio totus malus est? Si uultis latere cæcitatẽ animi uestri, consistentia loquamini oportet, nunc ne cohærent quidẽ iuxta

Aut facite arborẽ bonam, et fructum eius bonum.

commu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

communem hominum sensum quæ dicitis. Aut igitur fa=
cite arborem bonam, & fructum eius bonum. aut faci=
te arborem malam, & fructum eius malum. Aut fatea=
mini me spiritu bono agi, qui fatemini opera mea esse
bona. Aut opera dicite mala, ut probabile fiat quod dica
tis, me spiritum habere mali Beelzebub. Quod si facta
mea talia sunt, ut non possitis nõ fateri bona, nolite quæ
bona sunt, autori malo tribuere. Progenies uiperarum
ex malis maioribus orti mali. Ex uobis ipsis coniecturã
facite. Nonne uos quales estis, talia loquimini, & opera
uestra declarant, quem habeatis spiritum? Inuidentes
gloriæ dei, calumniamini spiritum illius, unde fructus
isti tam pestilentes, nisi ex mala arbore? Vt enim fieri nõ
potest ut arbor agrestis, fructus edat mites, ut arbor ue
nenati succi, poma ferat salubria. ita qui uos potestis be=
ne loqui, cum sitis mali? Vt enim ex succo radicis, fru=
ctus trahit saporem, ita ex eo quod reconditũ est in cor=
de, nascitur oratio. Vt bonus homo, de bono thesauro cor
dis, profert bona. ita malus homo de malo thesauro cor=
dis sui profert mala. Quorũ cor oppleuit pietas, opple=
uit charitas, uerba loquũtur resipientia, quod est in cor
de. Quorum cor oppleuit inuidia, superbia, et auaritia,
talem edunt orationem, quæ reddat ore cordis affectũ.
Non solum è factis uerum etiam ex uerbis apud deum
æstimabuntur homines. Mala cogitatio soli cogitanti pe=
stifera est. at oratio mala, cordis uenenum transfundit
in mul=

Quoniam omne uer=
bum odiosũ
quod loquu
ti fuerint ho
mines.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in multos. Coherœnda est itaq; lingua, nõ solum à blasphemijs insanis, à conuicijs & iurgijs, sed ab omnibus prorsus, quæ nullam adferunt utilitatem honestam. Imò dico uobis, non solum pro turpiloquio, sed etiam pro quouis uerbo superuacaneo friuolo, & inutili, quod dixerint homines, reddituri sunt rationem in die iudicij. Etenim illic uerba quoq; pro factis imputabuntur: ex uerbis tuis aut iustus pronunciaberis, si bona prodierint ex bono corde, aut ut iniustus condẽnaberis, si mala ex malo corde prodierint. Et hic agnosce perfectam iustitiam regni cœlorum, superantem legis Mosaicæ iustiã. Siquidem illa non punit manifestam blasphemiã in deũ. Hic punietur & conuiciũm in proximum, nec solũ perniciosum dictum, uerumetiam odiosum & inane. Onus enim arboris est non fructus, qui nulli est usui, & hoc ipso noxius est, quia sine fructu audientis, tempus & aures occupat, quũ in hoc data sit lingua, ut ea prosimus nobis & proximo, ut hoc organo celebremus gloriã dei. His auditis scribæ quidam, & pharisæi, dissimulato animi furore, blandicribus uerbis aggrediuntur Iesum, ueluti iam illi credituri, si in gratiam suam miraculum aliquod ederet, ipsis, seq; dignum, qui sibi uindicaret spiritum dei, & qui semper haberet in ore patrẽ cœlestẽ. Magister, inquiunt, nos qui plebæi non sumus sed eruditi, cupimus ex te uidere signum aliquod eximium è cœlo profiscens, quod te declaret deo charum

Tũc respõderunt ei:

esse

esse, teq;, quod faias, illius uirtute facere. At Iesus saens subdolam illorum cogitationem, & obstinatam maliciã, qui non in aliud posœrent signum, nisi ut hinc quoque nouam calumniãdi sumerent occasionem. præsertim quũ facilius sit calumniari, quæ de cœlo ostenduntur, quàm ea, quæ coràm cernuntur oculis, audiuntur auribus, tanguntur manibus. Non ferens tantam peruersitatem, respondit uelut auersus ab illis, & apud semet indignans O nationem, inquit, malam & adulterinam. quæ se gloriatur habere patrem deum, quæ se iactat de progenitore Abraham, quum eos potius referat, qui derelicto deo colucrunt uitulum aureum, qui seditionem mouerũt aduersus Moysen, qui obmurmurauerũt in deserto, qui prophetas occiderunt, quum se declaret patrem habere Beelzebub, cuius spiritu plena, rebellat aduersus spiritum dei. Sed non dabitur ei signum de cœlo, quod calumnietur, & quo est indigna, quum tota terræ sit affixa, sed aliquando dabitur ei signum è terra quo conuincatur, & si conuerti nolit, pereat. Admiratur Ionæ prophetæ miraculum, qui absorptus à belua maris, post triduum redditus est uiuus. Hoc & illis sat erit signi, si quem sua malicia occiderunt, uideant uirtute diuina reuiuiscere. Hoc miraculum illis propediem exhibebitur calumniaturis. Quemadmodũ enim Ionas ultro se in mortem tradidit, et exceptus est à belua marina, fuitq; in uentre illius tribus diebus, et tribus noctibus,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ctibus, mox desperatus ab omnibus auxilio dei redditus est uiuus. Ita filius hominis triduo ac trinoctio futurus est mortuus in corde terræ. Hoc ænigmate Iesus indicabat mortem ac sepulturam suam, ac mox resurrectionē à mortuis. Ac subiecit, quod Niniuitis fuit Ionas, hoc ego sum uobis. Ille denunciauit illis imminere uindictam diuinam & excidium urbis, ni resipiscerent, ego idem uobis omnibus denuncio. Sed Niniuitæ quos præ uobis ut ethnicos, & idololatras contemnitis, surgent in iudicio diuino, uosq; declarabunt merito damnatos, si ad ipsos conferamini. Siquidē illi quanq; erant sæleroſi, tamen ad prophetæ minas expauefacti deiecerunt sese ad pœnitētiam. Et ecce hic est Ionas maior, qui uobis frustra prædicat. Niniuitæ gens erat à dei cultu aliena, Ionas ignotus, & humilis ad eos uenit. nullus illum commendarat, aut aduentum illius prædixerat, nulla ædebat miracula, neminem beneficio sibi conciliabat, nihil magni promittebat. tantum comminabatur exitium, neque diutius quàm triduo prædicabat. Ego promissus prophetarum oraculis, toties commendatus testimonio Ioannis, testimonio patris, auis, & ex ijsdem ortus maioribus, quibus uos gloriamini. tanto iam tempore doceo uos, tot miraculis testificor, non esse uanam doctrinam tam multos gratuitis beneficijs meis adiuui, & non in tono sæuas minas, sed ultro polliceor remissionē omniū peccatorum, offero regni cœlestis æternam felicitatē, & dicor

dicor habere spiritum Beelzebub, appetor capitalibus insidijs, tantum abest, ut flectamini ad pœnitentiã. Quin & regina Saba excitetur in iudicio, in probrum & condemnationem huius generationis, quod ad rumorẽm è longinquo allatum, relicto regno, patriaq; sua, tam longo itinere profecta sit ad regem Solomonem, non metu aliquo commota, sed tantum auiditate sapientiæ. Nec audiuit solum, sed & ingentia munera secum attulit. Et ecce hoc in loco est qui Solomone sit maior. Quid enim simile gessit Solomon, qualia me uidetis gerentẽ, aut quid simile docuit Solomon? Et ultro ad uos deferentẽ Euangeliam doctrinam, per quam seruemini, omni contumeliarum genere afficitis, atrociora etiam insuper molientes in beneficum. Sed quo maioribus ostentis ac beneficijs prouocati estis ad pœnitentiam, hoc atrocior uos manet pœna, nisi mature resipueritis. Porrò quid esset illis euenturum, et in quantam cæcitatem deuentura esset gens Israëlitica, & quibus calamitatibus afficienda à principibus Romanis, & quomodo per orbem exulatura, reiecta, contẽptaq;, ab omnibus nationibus, Iesus enigmate quodam indicare maluit, quàm explicare. Adhibet autem similitudinem hominis dæmonio malo abnoxij, qui postquàm semel liberatus & suæ menti redditus, postea suo uido dæmone recepto, longe grauius laborat, quàm prius laborarat. Cum spiritus inquit, immundus exierit ab homine, exul hospitio ueteri, obambulat

Cum autem immundus spiritus.

per

per loca arentia, sterilia q; , quærens ubi requiescat, nec inuenit. Tũc ait secum, reuertar in domum meam unde exiui. ubi uenit, offendit eam ornatam, purgatam q; , sed uacuam hospite. Tunc uidẽs esse locum, nec ab alio quoq; occupatam, non contentus ipse remigrare solus, asàsàt septem alios spiritus deteriores se, simulq; ingressi domum habitant ibi. Fitq; ut homo grauius discruàctur, quàm ante discruàabatur. Sic eueniet huic nationi pessimæ. Hac imagine Iesus notabat pertinacem malidã Israëliticæ gentis, subinde relabentis ad suos mores. Seruiebat olim uitijs & cupiditatibus dæmoniacis. Per legem ac prophetas utcunq; liberata est, sed subinde rediẽs ad ingenium. Redibat ad idola, sacrificabat in lucis, occidebat prophetas. Emendabatur afflictionibus, per Pharaonem in Aegypto, per Nabuchodonosor in Babylone, alijsq; uarijs calamitatibus. Tandem à filio dei tot modis prouocata, non solum renouauit, uerumetiam multis partibus superauit omnem impietatem maiorum suorum, nõ solum omni genere contumeliarum afficiẽs innoxium ac beneficum, uerum etiam ad cruæm adigens falsis criminibus. Vnde prodigiosa quædam cæcitas & septuplo miserabilior, quàm fuerit maiorum, cœpit animos illorum, & ob id exitium illos manet longe atrocius, quàm hactenus passi sunt. Quum hæc loqueretur populo, uenit mater Iesu comitata consobrinis aliquot illius, qui cupiebant illum conuenire. Quum aũt non possent adire

Adhuc eo loquente.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

illum, ob turbam confertam, & obsidentem fores domus uoce quasi per manus tradita, quidam interpellans sermonem Iesu, renunciauit illi adesse pro foribus matrem & fratres ipsius, qui postularent colloquium eius. Iesus autem offensus hac importunitate, simulq; docere uolens minimum esse tribuendum talibus affectibus, quoties negocium agitur Euangelicum, pluris aũt faciendam cognationem animorũ, quàm corporum, quæ uirtute, non sanguinis propinqtate conciliatur, quæq; longe patet latius, respondit interpellanti. Quæ nam est mater mea, & qui sunt fratres mei? Cœlesti negocio occupatus, non agnosco matrem, aut fratres carnis affinitate coniunctos, forsitan animis alienos. Ac porrecta manu in discipulos suos, qui iuxta sedentes auide, tacitiq; combibebant doctrinam salutiferam. Siuere, inquit, cognatos nosse multis, quiq; mihi sunt charissimi, Hi sunt mater mea, sorores meæ, fratres mei. Nullum hic sexus aut ætatis discrimen, nulla propinquitatis ratio. Quicunq; paret uoluntati patris mei, q est in cœlis, is mihi mater est, is soror est, is frater est. Spirituum affinitatem magnifacio, non corporum. Hanc sibi quisq; parare potest. Vt quisq; illius uoluntati maxime obtemperat, ita mihi coniunctissimus est & charissimus.

Caput XIII.

EOdem tempore quum Iesus cerneret locum non esse tantæ multitudinis capacem, egressus domo cõcessit ad lacum. Quo cum uenisset, sedit in ripa docens

populum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

populum insatiabiliter inhiantem doctrinæ ipsius. Porrò quum uideret multitudinem adeo condensari, ut premerent Iesum, quo liberior esset à turba, ingressus est nauim, atq; ex ea uelut è suggestu locutus est multitudini stanti in littore. Sic enim commodius à multis, & uideri poterat, & audiri, quod harena littoris paulatim insurgens, & ipsa littoris ora speciem quandam præberet amphitheatri. Quoniam autem in ea multitudine non erat eadem mens omnibus, multa proposuit eis per similitudinis inuolucra, siue quod hoc orationis genus familiare sit prophetis, siue quod accommodatissimum est ad docendum, & ad flectendos animos populi, quod collatio sumpta à rebus, omnium etiam idiotarum sensibus notissimis, statim permoueat unumquemlibet, siue quod hac illecebra, & iucundius irrepunt in animos hominum quæ diuntur, & hærent tenacius, siue quod hæc admonitio, nullum traducens, sed tacite per imaginem taxans cuiusque conscientiam, minus offendere solet. Primum autem omnium parabolam proposuit, subindicans multos quidem undique confluere ad prædicationem Euangelij, sed tamen non in omnibus gigni fructum, id accidere, non docentis culpa, sed audientium uitio. Nec parem gigni fructum in ijs, qui audirent, sed ut quisque adferret animum à mundanis curis, & cupiditatibus uacuum, ita sermonis auditi maximum esse fructũ. Hortatus igitur ut auscultarent, parabolam talem proposuit.

Ecce exijt qui seminat seminare.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

propoſuit. Egreſſus eſt, inquit, quidã ſeminator in agrũ ut ſeminaret ſemen ſuum, & dum late ſpargit, grana quædam cæciderunt iuxta uiam. Ea quoniam manebant nuda, aduolarunt aues & comederunt. Alia rurſus inciderunt in loca petrioſa & aſpera, quæ quum obſiſtentibus ſaxis, non tegerentur profunda terra, nec potuerũt altius agere radices, mox ad teporem ſolis ante tempus enata ſunt in herbam, propterea quod non eſſet multũ terræ, quæ ſeruaret condita in tempus ſuum, nec radix profunda, quæ ſuggereret humorem. Rurſus alia cecidderunt in terram ſpinoſam, atq; increſcentibus ſpinis ſuffocata ſunt, nec potuerunt in liberiorem auram emergere. Alia porrò cecidderunt in terram bonam ac frugiferam, & feliciter enata produxerunt fructum, non parem quidem omnia, ſed pro ſoli bonitate. Alia centuplum, alia ſexageuplum, alia trigeuplum, ſic ut ex alio grano naſceretur ſpica ferens grana centum, ex alio quæ ſexaginta, ex alio quæ triginta. Hæc loquutus Ieſus tum quidem non explicuit inuolucrum ænigmatis, ſed ſuo cuiq; animo relinquit coniectandum. Tantum adhortatus eſt, ut quibus eſſent aures idoneæ non oſãtanter audirent eam parabolã. ſed alio tempore, quum diſãpuli nacti eſſent Ieſum ſolitarium, adierunt eum, rogabantq;, quare populo per ſimilitudinem ænigmata loqueretur. Quibus hunc in modum reſpondit Ieſus. quia ſe nondũ ſatis idoneos præbent quibus aperiatur ueritas, qua non ſolum non fiunt

non fiunt meliores, quidam admixti turbæ, uerum etiã irritantur ut fiant ſceleratiores. Propterea quales illi adferunt animos ad audiendum, tales illis propono ſermones. Illi quæ ſunt manifeſtiſſima nolũt intelligere, ego tenebris inuoluo ſermonem, ut uel ſic prouocẽ ad diſcendi ueſtigandiq; ſtudium. Vobis aũt qui, quod datur ſimpliciter auideq; accipitis, digni eſtis, quibus ſecretiora quædã Euangelicæ philoſophiæ communicentur. Siquidem habenti dabitur, ut abundet. cæterum nihil habenti adeo nihil addetur, ut eo quoq;, quod habere uidebatur ſit ſpoliandus. In alijs facultatibus, crudele eſt ſpoliare egentem, hic quoniam inopia naſcitur ex egeni uitio, iuſtum eſt auferre, quod habet ingratus. Nos gratis offerimus aliqua rudimenta cœleſtis philoſophiæ, nimirum pro capacitate ſimplicitateq; animorũ, ueluti ſemina quædam iacientes. Ea ſi quis auidis animis imbiberit, nimirum prouocat nos ut plura illi credamus. Cõtra qui, qd̃ gratis datum aſpernatur, ac reijcit, ſibiq; uertit in occaſionem maioris malitiæ, non ne dignus eſt, ut eo, quod indignus habebat ſpolietur? Hac de cauſſa loquor illis per inuolucra parabolarum, ut pote ueritatem apertam aut nullo fructu, aut ſuo etiam malo audituris. Fit enim illorum peruerſitate, ut quum oculos habeant, ac manifeſta ſigna cernant, tamen excæcati inuidia, quod cernunt non uideant. quumq; habeant aures, & audiant ueritatem irrefutabilem, tamen audientes non audiant,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neq; quod audiunt intelligant, etiam si intelligant. Nimirum in istis completur, quod olim prædixit Esaias. Auribus audietis, & non intelligetis. & oculis cernetis, nec tamen uidebitis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus obsurduerunt, & oculos suos occluserunt, ne quando uideant oculis, & auribus audiant, cordeq; intelligant, tandemq; conuertantur ad me & sanem illos Sunt isti quidem igitur infelices, sed miserandi non sunt, quanquam miserrimi, qui scientes uolentes sibi accersunt exitium, & reijciunt salutem. Contra uestri oculi beati, quia uident quæ faciamus. uestræ aures beatæ, quia audiunt quæ loquimur. beata corda quia intelligunt uoluntatem patris mei. Non est uulgaris felicitas, nimirum multi prophetæ, multiq; iusti sancti optarunt uidere quæ uos uidetis, nec uidere contigit, audire quæ auditis, nec datum est audire. Atq; illi quidem utcunq; ueluti per somnium præsagiebant futurum, quod uos coram cernitis et auditis. Quando quidem igitur hoc promeretur uestra simplicitas auditasq; cognoscendi, uos audite, quid sibi uelit parabola, quam proposui de seminatore iaciente semen suum. Tria sunt hominum genera, in quibus semen Euangelici sermonis, aut nullum edit fructum, aut non perficit quod exortum est. Ac primum quidem est omnium sterilissimum. Hi sunt qui leuiter ac oscitanter audiunt uerba doctrinæ cœlestis, nec demittunt in animum suum, nec cogitatione infigunt, ut illic radices agat. Sed

animum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

animum habentes nullo studio aut aue septum, ac munitum, nullis decretis armatum aduersus insultus inaniũ cogitationum, ad quamlibet occasionem sinunt proteri, conculcariq;, quod seminatum est. Id sentiens ille malus, qui insidiatur, & inuidet exordijs melioribus, protinus immittit in animũ auras aliquas uolaticas, quæ perdant semen priusquam herbescat, aut radices agat. Vt nihilo meliores sint, quàm si non audissent. Hos designat imago seminis, quod cecidit iuxta publicam uiam, qua commeant & homines, & bestiæ, hoc est, curæ quælibet, affectus, cognatorũ & affiniũ. cura publica magistratus, amores, odia, suspiciones, aliaq; id genus. Hæc sermonem Euangelicũ, penè prius expellũt ex animo, quã receptus sit. Rursum est alius, q sermonẽ Euangelicũ uelut semen accipit auribus, atq; auide demittit in animũ suum, secum meditans ad illius regulam instituere uitã, sed quoniam non penitus infigit animi medullis, sed hominum more temporario quodã affectu, leuiter agit quod agit, tantisper fouet semen acceptũ, donec in herbã exeat ac spem quandam præbeat Euangelicæ pietatis, abstinens à magnis uicijs, ac uirtutibus mediocribus enitescens. Verum si qua fuerit orta procella persequutionum & ob Euangelij professionem, intentetur exilium, carcer, supplicia, mors, aliaq; quæ firmũ & inconcussum animi robur desiderant, tũ uelut ad æstũ solis uehementẽ, exaresciunt ac deficiũt. Huius typũ habebat terra petrosa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

semen acipiẽs quidem, ac proferens in herbam, sed adversus solis æstum humore non valens tueri, quum per petras non liceat altius tendere radices. Rursus est alius, qui & avide audit sermonem Evangelicum, & satis alte demittit in animum suum, diuq; retinet. sed perplexis huius mundi curis præsertim diuitiarum, irretitus animus, veluti spinis quibusdam densissimis obrutus, non potest, quod amat libere sequi. Has spinas inter se cohærentes, inter sese inuicem implexas, quoniam nõ patitur demeti, perit fructus iacti seminis. Hunc indicabat imago seminis excepti solo spinis, ac vepribus obsito. Porrò semen exceptũ terra bona, signat illos, qui & audiunt sermonem Euangelicum, quiq; secum repetunt, & infigunt cogitationi, quiq; sic transfundunt in affectus animi sui, ut nec morte velint ab eo desiere, quiq; semet expliant ab affectibus, & sordidis curis diuitiarum, quæ non sinunt animum esse liberum, sed totos se præbent curæ cœlesti. Huiusmodi mentibus non est infrugiferum semen Euangelicæ doctrinæ, sed quemadmodum idem triticum non in quouis solo fert fructum parem, sed pro feliciate terræ minore aut maiore fœnore prouenit, ita pro pio studio, aptuq; eorum, qui sermonem audiunt, fructus uberior pietatis prouenit. Hac parabola docuit nos Iesus, quo studio sit accipiendus sermo doctrinæ cœlestis, si cupiamus ex eo fructum exoriri. Hæc seorsum discipulis suis interpretatus est Iesus. Sed ut redeamus

ad seriem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad seriem sermonis superioris, proposuit & aliam parabolam dominus Iesus, ut ostenderet & aliam pestem esse cauendam, si quis uelit triticum purum ac syncerũ reponere in horreum. Nam reliqua quidem mala tantum lædere semen recens iactum, aut herbescens, hoc iam enatam, & adultam segetem corrũpere. Ea pestis est, quum Satanas qui nec uolatilis & ostantibus cogitationibus, nec persequutionum tumultibus, nec auris opum, honorum, similiumq; rerum, quibus humana uita distinetur, non potuit obruere semen Euangelicæ doctrinæ, per pseudapostolos, ac impios episcopos, hæreticos què cœlestem doctrinã ad suas cupiditates malas, interpretatione subdola detorquentes, ac uera falsis, synceraui dosis admiscentes, conatur inficere. Parabola sic habet. Regnum, inquit, cœlorum simile est homini patrifamilias, qui quum bonus esset, bonum semen seminarat in agro suo. Cæterum dormitãtibus famulis, clàm uenit inimicus quidam, qui male uolebat illi patrifamilias, quoniam non potuit noctu tollere semen, qd' iam terra conditum erat in tuto, dolo molitur lædere. Zizaniorum inutile semen inspargit, & admiscet seminato tritico. Atq; hoc facto abijt, hunc dolum primũ nemo sensit Quum uero iam semen emersisset in herbam, & aulmi spicis essent onusti, tunc demum simul enata zizania, prodita dissimilitudine cœperunt apparere. Porrò serui demirantes, unde id accidisset, adierunt patremfamilias.

Aliam parabolam proposuit illis dicens.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

milias. Domine, inquiunt, non ne tu bonum semen seminabas in aruo tuo? Vnde igitur admixta zizania? Dominus autem suspicãs autorẽ noxæ. Inimicus, inquit, homo hoc fecit, qui mihi tam male uult, ut etiam nullo suo bono me gaudeat lædere. tum serui. Vis ne igitur eamus & colligamus zizania, segetemq; purgemus? Ait dominus nequaquã. Ne forte imprudentes, dum euellitis zizania, simul eradicetis & uianum triticum. Sinite triticum simul & zizania crescere, usq; ad tempus messis. Tum hoc negocij dabo messoribus, ut priusquam demetant, sublegant prius admixta zizania, eaq; separatim compingant in fasciculos ad ignis alimoniam. Ac deinde triticum purum recondant in horreum meum. Rursum Iesus significare uolens per similitudinem Euangelicam philosophiam, primum in specie contemptam & humilem, per ignominiam crucis, per paucos idiotas, quasi plantatam ui ueritatis, sic paulatim inualituram, ut totũ orbem occuparet, nullumq; genus hominum nõ complecteretur. Aenigma proposuit huiusmodi. Regnum, inquit, cœlorum simile est grano sinapis, qd' homo quidam acceptum, seminauit in agro suo. Quod quidem p se minimum est inter omnia legumina. Cæterum ubi fuerit enatum, magnitudine superat omne genus holerũ, & assurgit ad iustam magnitudinem arboris, adeo ut uolucres nidulentur in ramis eius. Iterum rem eandem Iesus inuolauit eis subsignificans, quo pacto uis Euangelicæ do=

Aliam parabolam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

licæ doctrinæ, clanculum irrepens, & per pauculos apostolos admixta, totum orbem transformatura foret in suam naturam, & quum maxime uidebitur absorpta extinctaq;, tum maxime exeret uim suam. Regnum, inquit, cœlorum simile est fermento, quod exiguum mulier abdidit farinæ tribus mensuris, atq; illic reliquit, donec exigua massa, totam illam farinæ uim paulatim afficeret, & in suam traheret naturam. Hæc omnia Iesus parabolarum inuolucris disseruit populo, neq; quicquam tum illi loquutus est absq; parabola, quo simul & animos illorum obscuritate sermonis, ad discẽdi studium excitaret, nec ansam tamen daret occasionem uenantibus calumniandi. Atque hoc quoque prædixerat olim prophetiam oraculum. Aperiam in parabolis os meum, eructabo quæ hactenus abstrusa fuerunt à mundo condito. Tunc Iesus dimissa turba, domum se contulit, nec illa sequuta est, quum nec intelligeret quid sibi uellet, nec ansa præberetur calumniandi. Porrò quum solus esset domi, adierunt illum discipuli familiares, rogantes, ut explanaret ipsis parabolam, de zizanijs tritico permixtis. Nam explicata parabola de semine uarie excepta, ꝑ se satis addiuinabãt, qd sibi uellet sinapis granũ, aut fermentum abditũ. Iesus nihil grauatus enarrauit diluide. Bonus, inq̃t, ille paterfamilias, q̃ seminauit bonũ semẽ, est pater cœlestis ager in quo seminauit, est mundus totus non solũ Iudæa.

Aliam parabolam.

Porrò

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Porrò tritiaum quod enatum est bonum, ex bono semine, sunt ij, qui ex institutione Euãgelica, sese dignos præbent regno cœlorum, professioni suæ uita factis q; respõdentes. His admixta ex malo semine, mala zizania sunt improbi, qui non synære profitentur Euangelicam doctrinam. Inimicus autem ille, qui nocte clàm admisauit suum semen, unde nascitur peruersa doctrina, est diabolus. ~~Serui qui uolunt ante tempus colligere zizania, sunt ij, qui pseudapostolos, & hæreseos ac gladijs ac mortibus existimant è medio tollendos, quum patrisfamilias uoluit eos extingui, sed tolerari, si forte resipiscãt, & è zizanijs uertantur in tritiam. Quod si non resipiscant, seruiũt suo iudicio, ac poenas dabunt aliquando.~~ Tempus messis est consummatio seculi. Messores angeli sunt. Interim igitur mali bonis admixti ferendi sunt, quãdo minore perniciè tolerantur, quàm tollerentur. Porrò quum uenerit extremum illud tempus, quum separabuntur boni à malis, quum cuiq; pro factis sua dabũtur præmia, tunc filius hominis omnium iudex, mittet angelos suos, qui repurgent regnum ipsius, neq; quicquam offendiculi sinet illic residere, quandoquidem iam nec boni malis prodesse poterunt, nec mali sinentur amplius bonis negocium facessere. Sed quicunq; uiuentes inter bonos maluerunt illis esse molesti, quàm eorum consuetudine fieri meliores. separatos ab alijs congregabit, ac tradet illos incendio gehennæ. Ibi pro momentaneis falsis q;

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fisq; uoluptatibus, supplicijs nunquam finiendis affiçentur, submoti ex area ecclesiæ, & coniecti in speaum tartareum, hoc est in regnum patris sui. ubi sera iam, & inutilis pœnitentia fletum, eiulatum, ac dentium stridorem extorquebit à miseris. Porrò qui ex bono semine prognati, perseuerarunt ad finem usq;. quanquam hic interim humiles uidentur, & ab improbis affligunçtur, tunc deposita omni mortalitatis humilitate, fulgebunt ut sol in regno patris ipsorum. Hæc quoniã utrinque maxima sunt, non sunt osãtanter audiẽda. Ad omnium uel feliçitatem perennem, uel exitium perenne pertinent. Proinde quisquis habet aurem non surdam & obturatam huius mũdi cupiditatibus, audiat, ut fugiat æterna suppliçia, & uitam aßequatur immortalem. Ad hæc quo magis accenderet animos suorum ad sitim Euangelicæ pietatis, adhibet & alias duas similitudines, quibus docet Euangelij profeßionem non esse rem leuiter, aut uulgari studio expetendã, sed omnibus omißis, hoc unũ summo studio conandum, omniumq; bonorum iactura, summũ illud bonum esse comparandum. Quod quanq; nõ sit cuuis obuium, tamen semel repertum, summã habet feliçitatem. & quanquã interim latet apud homines, nec ostentat sese, tamen is qui poßidet, tãçtus apud se plaudit sibi, securus expectãs illum diem, quo feliçitas, quæ nunc in obsauro est, post proferetur in apertum. Regnum, inquit, cœlorum, simile est thesauro defoßo in agro,

Simile est regnũ cœlorum thesauro.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in agro, quem si quis forte nactus fuerit, nõ iactat apd alios, ne quis sibi præripiat, sed in sinu gaudens, sibiq; gratulans abit ad eius fundi dominum, & diuenditis omnibus suis possessionibus, conflataq; quanta potest pecunia, mercatur agrum illum, in quo nouit latere rarum thesaurum, sibiq; uidetur felix, qui nudatus multis mediocribus possessionibus, unico, sed insigni, licet ignoto sit fundo ditatus. Rursum Simile, inquit, est regnũ cœlorum, homini negotiatori, qui delectabatur bonis margaritis. Quum autem nactus esset unam insigniter bonam, illico diuenditis possessionibus omnibus, mercatus est eam. Nec sibi uisus est factus pauperior, quod iam nihil haberet pristinarum opum. Immo tum demũ opulentus sibi uidetur, qui sibi conscius esset, quod secreto possideret margaritum, quod quamlibet exiguum, tamen omnium illarum possessionum pretium superaret. His adiecit & aliam parabolam, non absimilem illi de tritico, & zizanijs, adhortans suos quos ex piscatoribus fecerat apostolos, hoc est piscatores hominum, ut studerent quàm plurimis attrahẽdis ad professionem Euangelicam, nec statim abijcerent, ac perderent malos bonis admixtos, sed eos, si tentatis omnibus, nollent resipiscere, seruarẽt suo iudicio puniendos. Rursum, inquit, simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, quæ late sparsa, omne genus piscium inuoluit, & complectitur. Quam quum iam senserint impletam, tum ad littus

pertrahunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pertrahunt, iamq; sedentes in sicco, bonos piscæs sele=
gunt, ac recondunt in uasa, malos, & inutiles abijciunt.
Itidem fiet in consummatione mundi. Exibunt angeli, di
specturi quid trahat rete Euangelium. Nec sinent am=
plius malos bonis admixtos intra eãdem sagenam, sed
ex meritis, non ex professione quemq; æstimabunt. Ma
los semouebunt à consortio bonorum, atq; hos quidem
recondent domino suo, illos abijcient in fornacem arden
tem, ibi erit cruciatus intolerabilis, qualem solet te=
stari ploratus ac stridor dentium. Hæc dicta Iesus, quo
magis infigeret animis suorũ, rogabat, num hæc omnia
satis intellexissent, quum respondissent sese intellexis=
se, subiecit & aliam parabolam, qua submonebat eos,
hæc & huiusmodi multa discenda, & in memoriæ pe=
nuario reponenda, quo mox ad omnem occasionem pos=
sent depromere, siue præmijs alliciẽdus esset auditor,
siue supplicijs metu territandus. Nam pectus docto=
ris Euangelicũ, oportere quendam esse mundum ac the
saurum, diuitem & opulentum, unde nunc ex ueteris
testamenti libris, nunc ex Euangelica philosophia faci=
le depromant uaria, prout auditorum utilitas exege=
rit. Nec enim semper eadem dicenda, nec eodem mo=
do, nec omnibus rebus omnes commoueri. Opus est igi=
tur diuite quodam thesauro, omni doctrinarum genere
instructo. Parabola sic habet. habent, inquit, scribæ Iu
daeorum, qd' ex libris consulti respõdeant. Sed quisq;
uult esse

uult esse scriba doctus in regno cœlorum, ei non est satis proferre uetera, nisi proferat & noua. similis opulẽto cuidam patrifamilias, qui nihil non habeat in thesauro, siue quis noua desideret, siue quis uetera malit, ut omnibus satisfaciat. Hisce tam uarijs parabolis, quum Iesus satis instruxisset, & populum, & discipulos suos, ut subinde mutato loco latius spargeretur Euangelica doctrina, abijt in patriam suam, hoc est Nazareth. Vbi non auspicatus est prædicationem, ne quid tribuere uideretur humano affectui, nec tamen præteritam uoluit, ut doceret omnibus esse benefaciendum. Ingressus igitur illorum conciliabula, cœpit eos docere, quemadmodum alios docuerat. Hic obfuit Euangelico negocio, quod tamen prodesse debuerat, nisi uulgus hominum notis ac familiaribus inuidere mallet quàm fauere, quũ exotica stulte miretur. hoc ipso præclarum esse iudicãs aliquid, quod è longinquo uenerit. Quum igitur hic agnoscæretur Iesus à nonnullis, qui nouerant humilitatem familiæ, ac parentum tenuitatem, simulque artem qua Ioseph uulgo creditus pater, uxorem ac priuignum suum alebat, cuius artis sciebant & Iesum fuisse, nec unquam accepissent illum literis institutum fuisse. ita murmurant inter sese. Vnde isti tam insignis sapientia, aut unde uis ædendi miracula? Nónne hic est Iesus ille faber, Ioseph fabri filius, nónne mater eius pauperacula est & humilis apud nos, quæ dicitur Maria?

Et quum consummasset.

Nónne con-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nónne consobrini illius apud nos sunt, Iacobus, Ioseph, Simon, et Iudas. Nónne quotquot habet proxime cognatos omnes hic degunt apud nos? Vnde igitur iste subito factus alius ad nos redit, docens ac miraculis pollēs? An credit sese nobis ignotum esse? Ita Iesu cognatio fortunæ qúe humilitas fuit illis offendiculo, nihil adhuc nisi plebæum, & humanum de illo suspicantibus, et ob pristinā uitæ humilitatem, nouæ claritudini subinuidentibus. Iesus autem taxans illorum crassum, ac nimis populare iudicium, qui hominem, non ex ipsius uirtutibus, sed ex fortunis generisq; splendore æstimarent, ait illis. Non est propheta usq; contemptior, quàm in sua patria, propriaque familia, & inter cognatos suos. Quūq; alibi promptam fidē repperisset, multisq; miraculis floruisset, hic nulla potuit ædere, nisi quod impositis manibus paucos sanaßet ægrotos. Non quod esset illius cōtracta potestas aut mutata uoluntas, sed quod obsisteret illorum incredulitas. Quemadmodum enim medicus non potest bene facere ægroto, qui reijcit pharmacum, non quod ars medica sit inefficax, sed quod in culpa sit ægrotus. Ita quoniam fides est, cui dantur miracula, incredulitas obstat, quominus possit ea promere, cui uirtus alioqui non deest, nisi præpediretur aliena culpa. Itaq; tātam malicam illis exprobrans dicebat, Non nouum hoc est, quod mihi nūc accidit. Accidit idem olim sanctissimis prophetis, Heliæ & Helisæo, quorum sepulchra nunc colitis. Nam quum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non pluisset annis tribus, ac mensibus sex, & ob id ingens fames regionem illam omnem occupasset, Helias fame periclitans, ad nullam uiduam iussus est ire, quũ plurimas haberet Iudæa, nisi ad alienigenam illam Sareptanam, in regione Sidoniorum. Apud hanc unam receptus fidem inuenit, & miraculum ædidit. Porrò uiuente Helizæo cõplures erant leprosi in gente Israëlitica, nec ullus tamẽ ab hoc sanatus est, sed solus Naamã Syrus, cuius fides à propheta miraculũ uelut extorsit. CA. XIIII.

INterim Herodes tetrarcha Galilææ, filius eius qui pueros Bethlehemiticos truidarat, audierat rumorẽ de doctrina, déq; miraculis ac prodigijs Iesu. De quo quũ uariarẽt opiniones multitudinis, alijs dicẽtibus cum esse Heliam, alij Hieremiam, alij aliũ quempiam é prisis prophetis. Nec deerant, qui prædicarent eum esse Ioannem, qui uitæ redditus, iam factus esset potentior. Herodes irridens illos dicebat, Ioannem ego decollaui, & quomodo uos arbitramini cum uiuere, & non solũ uiuere, uerum etiam miraculis pollere. Mox ubi de tam crebris, tamq; insignibus prodigijs factus esset à multis certior, ut iã rumor nõ posset uideri uanus, dixit famulis suis. Hic de quo tam mira narrant, non est Iesus, qui iam pridem perijt interfectus à patre, in turba puerorũ Bethlehemiticorum, sed est Ioannes, qui surrexit à mortuis, & ideo iam factus diuinior, claresat miraculis. Siquidem Herodes manus inicerat in Ioannem baptistam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& conieerat illum in carcerem, quamq̃ uirum haberet in precio, nec pauca gereret ex illius consilio. Sed hic fauor tyranni uersus est in odium, ob inaestam mulieraulã, cuius plus apud regẽ ualuit, turpi obsequio cõciliata gratia, quàm Ioannis autoritas. Siquidem Herodiadẽ Philippi fratris sui uxorem, unde & filiam sustulerat, uiuo fratre in illius odium sibi adiunxerat, Ioannes libere admonuit regem, nephanium esse connubium, quum & uiueret frater, & superesset ex eo filia. Porro lex Mosaica iubebat ut fratris defuncti uxorem duceret frater, si contigisset illum decedere absque liberis. Herodes hoc insanius amans mulierem, quo minus licebat amare, uehementer offensus est hac libertate, adeo ut fuerit illũ interfecturus, ni metuisset tumultũ populi, apud quẽ nouerat Ioannem esse uehementer gratiosum, quod & baptizasset plurimos, & complures haberet discipulos, et à plerisq; crederetur esse Messyas. Nemo certe non existimabat illum esse uirum prophetiã spiritus, ac sanctimoniae. Sed hunc metum post exaussit luxus, & insanus erga puellam neptem fauor. Quum enim iuxta morem ethnicorum, celebraret diem suum natalem in quo nihil uoluptatũ genialium nõ adhibebatur, Herodiadis filia puella, lasciua gesticulatione saltauit ad mensam regiam, adeoq; placuit Herodi, qui iam uino incaluerat, ut deierarit se nihil non daturum puellae petenti, etiam si dimidium regni sui postulasset. Puella ne perderet

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tantam occasionem, & mox hac regij pectoris abuteretur libidine, consuluit matrem, quid esset petendum. Illa uerita ne quando Ioãni reconciliatus regis animus, dirimeret inæstas nuptias, suasit filiæ ne quid peteret, nisi ut absq; mora sibi daretur in disco caput Ioannis baptistæ. Puella ex matris sceleratæ consilio, prodijt in conuiuiũ & expectantibus omnibus, quid nam esset optatura, petijt illico sibi dari caput Ioannis in disco, uelut hunc missum pluris facturæ, quàm dimidium regni. Hoc præter omnem spẽ audito rex, uultu mœrorem simulat, ac iurisiurandi religionem prætexit, præsertim, quod tot conuiuis testibus, interposuisset, ne leuis aut periurus uideretur, iussit fieri quod optarat puella. Illico spiculatores missi in carcerem, amputatum est caput innocentissimi uiri, allatum est in disco, datum est puellæ, puella tradidit matri, quæ totius huius fabulæ fuerat architectrix. Atq; his auspicijs dedicatus est ille felix natalis Herodis. Hoc præmium datum est ad honesta uocanti. Hoc spectaculo pasti sunt oculi conuiuarum, quos rex sua mensa dignos iudicarat. Caput igitur Ioannis cessit inæstæ. Porrò corpus asportarunt discipuli Ioannis, ac sepelierunt illud. Hoc tam immane facinus, quum renũciantibus Ioannis discipulis, cognouisset Iesus (Nam uelut homo passus est sibi narrari quasi nesciret, quum præsciret, etiã antequàm fieret) secessit in nauim, ut semotus à turba, migraret in locum aliquem desertum, speciem quidẽ præbens

Et quum audisset Iesus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bens humani timoris, sed re uera substrahẽs occasionẽ scelerato regi, ne homicidium homicidio iungeret, præsertim quum Iesu tempus nondũ adesset, simulq; docens nos aliquando principum furori cedendum esse, ne benefactis irritati, & lædant innoxios, & ipsi reddantur scleratiores. Vitare licet impios, ad facinus paratos, quo prodesse liceat bonis. Atq; hic quidem secessus, quorundam eximiam fidem declarauit. Etenim simul atq; auditum est Iesum uitatis ciuitatibus in desertis agere, ob metum, ut putabãt, Herodis, ipsi relictis ciuitatibus adibãt eremum, & recondentem sese in abditis secessibus, quoniam nauibus, aut uehiculis ob impedita loca peuenire non poterant, pedestres sunt insequuti, nec itineris difficultate, nec inediæ periculo deterriti. Adeo iam doctrinã euangelicam cœperant esurire. Id ubi sensisset Iesus prodit è latebris suis, & occurrit auidis, qui se subduxerat impijs. Porrò quum uideret eò quoq; confluxisse frequentem hominum multitudinem, qui secum adduxerant multos uarijs morbis obnoxios, misericordia commotus est & ex itineris difficultate perspectam habens fidem illorum ultro sanauit, quotquot habebant ægrotos. Tantus autem fuerat ardor multitudinis, ut quũ ægrotos pueros, ac mulieres plurimas secum adduerent in locum desertum, tamen nihil cõmeatus adferrẽt. Itaq; quũ iam appeteret nox, & stomachus stimularet fame, discipuli tot conspectis miraculis, nondum satis perfecte sentien-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tes de IESV (Sic enim uisum est sapientiæ diuinæ, paulatim illos ad perfectionẽ fingere, quo fimior esset rerũ gestarũ fides, simulq; ipsos doceret, quibus rationibus aliorum infirmitati mederentur) admonẽt præceptorẽ suum instare noctẽ, turbam esse ingentem, iamq; plusq; tempestiuũ esse capere cibũ, dimitteret eos, ut dilapsi in uicos finitimos, sibi quisq; cibos emerent. Iesus autẽ quo miraculũ fieret euidentius, respondit, Nihil est necesse ut quoquàm eant. Quin ipsi potius date illis quod edant. Porrò discipuli, uelut obliti omniũ quæ uiderant, ne ad hanc quidem uocem expergefacti, crasse quidẽ responderũt, sed ut horũ imbecillitas illustraret miraculi magnitudinem, Nos, inquiunt, his tam multis dabimus cœnã? Quũ sumus numero tredecim, ipsi perparcũ habemus commeatum, uidelicet nihil aliud, quàm panes ordeaceos quinq; & pisces duos. Vt hanc cœnã non fastidiant, quomodo sufficiet illis, quod uix sufficiet nobis pauis? Tũ Iesus iussit hoc quicquid esset ad se adferri. Discipuli simpliciter obtemperantes, neq; responsantes, nos igitur enecas fame, si hoc pusillũ quod habemus das istis, attulerunt uniuersum commeatũ. Hic Iesus exhibiturus conuiuium euangelicũ, in quo ut oportet abesse luxũ omnem, ita decet æqualitatẽ esse omniũ, iussit ut discumberẽt omnes in gramine, sic ut quinquageni simul accũberent, quo magis euidens esset numerus conuiuarũ. Simulq; morem imitatus illorum, qui pluribus exhibituri conuiuiũ, aut

sportulam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sportulam, in classes diuidũt multitudinem, ne cui aut de fit aliquid aut supersit. Quo facto Iesus tum demũ futurus conuiuator, & corpora quoq; pascens, qui pascendis animis uenerat, ut re quoq; ipsa doceret discipulos suos, nusquàm omnino pabulum defuturũ ijs, qui negocio euãgelico intenti negligerẽt rem penuariã, quinq; panes ordeaceos, & duos piscis sumpsit in manus suas. primum ostendens omnibus, quo uictu oporteat esse contentos legatos apostolicos, dinde ponens ob oculos synceram multitudinis fiduciã, quæ quum uideret quãtulum esset cõmeatus, nec ignoraret quod essent hominum milia, tamẽ iussa discumbere, discubuit. Iesus itaque cõuiuator manibus tenens panes & obsonium, sustulit oculos in cœlum, indicans à patre cœlesti profiscã, quicquid opus est humanis usibus, eius q; benignitate laudata, fregit panes simul et piscis. Atque ita tradidit discipulis suis, ut apponerent multitudini, uelut ænigmate quodam admonens quales oporteret esse doctores, qui pascunt sermone dei simplicium animos. Vt enim Christus suspiciens in cœlum indicauit, se nihil docere, quod nõ manaret à patre cœlesti, ita uiri apostolici, quoties uiderẽt populum simplici fiducia pendere ab ore ipsorũ, nihil eis proponerent, quod non accepissent à Christo. Nec illi proponerent uarias cupedias ex officinis philosophiæ mundanæ, nec è suis affectibus deponerent humana dogmata, sed simplicem & euangelicam doctrinam illis distribuerent

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rent, quemadmodũ accepissent à præceptore suo, nec aliter sanderent, q̃ ille manibus suis fregisset. Siquidem ex huiusmodi demum apparatu, & plurimi reficiuntur, et gloria redit ad Christum, non ad distribuentem. Quæris exitum conuiuij? Disãpuli nihil hæsitantes distribuebant, illi nihil addubitantes comederunt omnes, non ad luxum, sed ad saturitatem. Et adeo nihil defuit numeroso conuiuio, ut peracta cœna, collecta fragmenta impleuerint cophinos duodecim. Porrò numerus hominum erat quinq; miliũ, excæptis mulieribus & paruulis. His rebus peractis, Iesus docere cupiens, ubi satisfactum est necessitati uentris, non ad lasciuiam, aut somnũ, sed ad precationem esse fugiẽdum, precationi uero solitudinem maxime competere. Compulit disãpulos suos (ægre enim à dilecto domino distrahebantur) abire ad lacũ, & priores transmittere, se dimissa turba sequuturum. At illi, quanquàm inuiti diuellebantur, tamẽ non obmurmurãt non excusant imminentem noctẽ, non rogant quando ipse sequuturus sit, sed simpliciter iussis obtemperant. Illis itaque digressis, Iesus dimissa turba, cui modis omnibus satisfecerat, conscendit in montem, ut illic oraret solus. Sic enim docuerat orare suos. In montis itaque cacumine, bonam noctis partem solus agebat Iesus. Atque interim absente domino disãpuli nauigantes, periclitantur in undis. Siquidem illis ingressis lacum, statim obortus est uentus aduersus, ac nauis intumescentibus fluctibus,

Et statim cõpulit Iesus

non

non sine periculo iactabatur. Nox conduplicabat metum Quid facerent? Vrgebat periculum, nec aderat auius implorarent opem. In hoc periculo totam ferè noctem suos reliquit, ut paulatim duraret aduersus omnes formidines, doceretq; nunquàm defuturam opem diuinam periclitantibus, etiamsi paulo serius obtingat. Quarta igitur demũ uigilia noctis, penè desperantibus illis, ac iam iam despondentibus animum, uenit Iesus, non cymba uectus, sed ambulans super aquas. Illi quũ per tenebras uidißent ambulantem aliquem, nec satis agnoscerent Iesum, magis etiam horruerunt, dicebantq; inter sese, spectrum est, quod uiderent, non hominem. Vulgus autem nautarum putat huiusmodi uisa præsens exitũ portendere nauigantibus. Tantus igitur terror illos inuasit, ut uelut impotentes sui facti, præ formidine exclamauerint Iesus autẽ non passus est illos diutius periclitari, sed illico, loquutus est eis, ut quem per caligmem uidere nõ poterant, indicio uocis agnoscerẽt. Animo bono sitis, inquit Ego sum, nolite timere. Ad hanc uocem illico redditus est illis animus. At Petrus qui semper singulari quodam amore flagrabat erga Iesum, nihil omnino credẽs difficile, quod ille iuberet. Domine, inquit, si tu es, iube me uenire ad te super aquas. Non enim mirabatur illum ambulare, sed sibi quoq; licẽri putabat, illo uolente. At Iesus modis omnibus fingens ac formans illius imbecillitatem, ad robur perfectæ fidei. Veni, inquit. Ad hanc uo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cæm nihil contatus Petrus, deiecit se è nauicula, cœpitq; properare ad Iesum, ambulans & ipse super aquas. Et quàm diu nihil uacillabat illius fides, subseruiebat illi liquidum elementũ. Cæterum ubi dimotis paulisper oculis à Iesu, cœpit circũspicere uentorum uehementiam, undarum tumultũ, suamq; imbecillitatẽ, rursus extimuit. cœpit subsidere, periclitariq; ne mergeretur. Metus à uẽtorum uehementia nascebatur, periculum à metu, metus à diffidentia. Ac rursum periculi magnitudo resuscitauit igniculũ fidei, iamq; penè undis obrutus clamauit, Domine serua me percuntem. At Iesus admonens suum discipulum, periculum quod metuebat non esse ab undis, aut uentis quæ prius subseruiebant, sed ab imbecillitate fiduciæ, porrecta manu corripuit, ac subleuauit illum dicens. O parum adhuc mihi fidens, quare uacillabas? Non enim satis est habere fidem uehementẽ, ac temporariam, sed oportet habere perpetuam ac constantẽ. neque dispicere quantum sit periculi, aut quid tuæ uires possint ferre, sed quid ego possim fidenti præstare. Mox igitur ut ingressus est nauim, uenti conquierunt. Cæterũ qui erant in naui, conspecto tam admirabili prodigio, sentientes in illo quiddam homine maius esse, procciderunt ad pedes illius, & adorauerunt eũ, dicentes. Vere filius dei es. Quumq; peruenissent ad littus, abijt in regionem Genezareth, ubi prius multa ꝓdiderat miracula. Hi posteaq; agnouerunt eũ prius uisum, rursus ad-

esse

esse, miserunt qui per omnẽ illã regionem, diuulgarẽt adesse Iesum, ut adducerent, si quos haberent ægrotos. Iam cũ ex superioribus miraculis fides illorũ sumpserat incrementũ. Igitur undiq; confluentes, offerunt Iesu quotquot erãt morbis obnoxij, rogãtes illum ut liceret uel fimbriã uestis ipsius cõtangere, si molestũ esset contingere singulos aut alloqui. Tãtũ erat fidei robur. Nec fefellit eos sua fiducia, quotquot attigerant sanati sunt.

CA. XV.

HAec quo maiore cũ gloria dei gerebantur, hoc magis urebantur inuidia pharisæi, uidentes hisce rebus suam obscurari gloriam, qua se hactenus uenditarãt apud homines. Venabãtur undiq; calumniã, sed quo magis impetunt Iesum, hoc magis traducunt suam cæcitatẽ, adeo manifestam, ut populus etiã perspiceret. Aliquot igitur pharisæi Hierosolymitæ, nã illic erant arrogantissimi, simul adeũt Iesum, quo numerus fidẽ astrueret calumniæ. Porrò quum Moses uetuisset, uerbis legis quicq̃ adimi, aut addi, pharisæi, quo uiderentur ipsi legũ non interpretes modo, uerum etiã conditores, friuola quædam adiecerant. Quod genus sunt illa. Ne quis abũ capiat manibus impuris, impuras autẽ appellabant illotas, quasi manus abũ aut hominem contaminaret, aut quasi liquor aquæ sordes abstergeret animi. Item ne quis à foro reuersus, & in promiscua turba uersatus, abũ capiat, nisi prius abluto corpore, perinde quasi cõtactus hominum inquinaret hominem, aut quasi

purus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

purus sit, qui lotus sit. Rursus ut subinde lauarentur urceei, pocula, eramenta, sellæ, lecticæ, reliquaq; suppellex, aiius usus erat quotidianus. His atq; huiusmodi multis superuacaneis, ac friuolis, onerabant simpliciem plebem, quibus tantum tribui postulabant, ut harum præceptunaularum gratia nonnunquàm ea negligerẽt, quæ præceperat deus. Ergo quum non haberẽt, quod impingerent disãpulis Iesu, transgressionem legis Mosaicæ, præceptorem suggillant, quod paeretur disãpulos negligere constitutuaulas humanas, non quod eas contemnerent, quãquàm merito contemnendas, sed quod rebus serijs intenti, nonnunquàm illa pro nihilo ducerent. Conuenuunt igitur Iesum, & aiunt. Quare disãpuli tui non seruant instituta maiorum suorum? Nec enim lauãt manus sumpturi ãbum. Christus non ferens tam maliciosam de re nihili criminationem, peraiit illos atrociore recriminatione. Imò qua fronte uos, qui hæc leuia calumniamini, tanti facitis humanas constitutiũaulas, quæ nihil adferant, nisi molestam superstitionẽ, et ob eas uiolatis uel maximum dei præceptum? Siquidem deus naturæ legẽ corroborans, serio iussit, ut quisq; patrem ac matrẽ honoraret, ac subsidio sublcuaret. Longæuitatem ac feliãtatem huius uitæ pollicens hoc faciẽti, mortem comminans secus agenti. Vos autem consulẽtes auariãæ uestræ quo, quod subleuandis parentibus erat impendendum, uertatis in lucrum uestrum, doctis homines sanctius ac melius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

melius esse locupletare donarijs templum, quàm opitulari parentibus egenis, ac technam commõstratis, qua parentibus opem flagitantibus illudant filij, nimirum ut ita loquantur patri aut matri, munus quod offero templo, tibi collatum puta. Siquidem quod deo offertur summo parenti, recte collocatum est. ac filij pietas proderit & parentibus. Atq; hac arte sub prætextu falsæ pietatis, contra præceptum dei, deseritur pater, ut melius habeãt sacerdotes. Res ad uos redit. ad parentes subleuandos, præter uerba nihil redit. Et impiũ factum pietatis imagine prætexitis. Quid autem arrogantius, quàm uestras constitutiones anteponere iussis dei, & harum prætextu sanctissimo dei præcepto abrogare? Iniquũ erat istiusmodi constitutunculis onerare populum plus satis onerata legis onere. Sed impietatis est non ferendæ, uestris commentis antiquare legem diuinam, cũ ipsa natura congruentem. Ista nimirum est uestra fucata religio, quæ nihil est minus quàm quod uidetur. Hypocritæ non immerito de uobis uaticinatus est Esaias dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem illorum procul abest à me. Sed frustra me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum. His dictis Iesus uelut auersus à pharisæis, nihil aliud aucupantibus, quàm ansam calumniandi, iussit turbas propius accedere, dicens. Audite, & intelligite, quã sint friuola, quæ uobis præscribunt pharisæi, de minimis anxij, maxima negligentes. Isti præpostero iudicio

summam

summam pietatis collocant in rebus externis, uelut in delectu aborum, & ea quæ sunt animi negligũt. Cyathos horrent illotos, & animos impuros negligunt. manus & cutem subinde lauant, animũ patuntur omnibus uicijs inquinari. Quod intrat in os non reddit hominẽ impurum, sed quod egreditur ex ore, reddit hominem impurum. Non enim refert, quo abo uescaris, sed quo animo. His uerbis cum uideretur Iesus iustã ansam dedisse pharisæis calumniandi, quod tolleret aborum delectum, quem lex diuina præscripsit. Qua quidem in re non dissentiebant à pharisæis disãpuli, fãnus nepharium existimãtes, abis uesã communibus, quod quidem Christus nondum damnabat, tamen indicat illa nõn ex natura sua, sed ex incidentibus causis uel bona, uel mala fieri, & ob id minoris esse faciendã, quã ea quæ semper & sua natura pia sunt aut impia. Iamq; tempus adesse, ut id genus legis præcepta, quæ ad tempus aliquod sint instituta, nec tam adferant sanctimoniam, quàm significent, iam incipiant obscurari, mox ad coruscantem Euangelij lucem, prorsus interitura. Hoc nondum intelligentes disãpuli adeunt dominũ, ac priuatim admonẽt de periculo. Sãs pharisæos isto sermone tuo de abo non polluente quẽquàm offensos esse, tametsi dissimulant? At Iesus doere uolens aliquando offendiculũ improborũ, ex rebus nihili sumptũ fortiter esse cum suis autoribus contemnendũ, præsertim quũ illis obsecundãdo, nihil aliud profiãas,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

profitias, quàm quod alis illorum malitiam, nõ sine per nicie simplicium, qui fidentes obseruationalis huiusmodi, negligunt interim ueræ pietatis studium, hunc in modum respondit discipulis suis, qui & ipsi nõnihil erant offensi. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, radicitus euelletur, peribit omnis institutio, quam homines ad suum quæstum & gloriam ex sese, nõ ad ueram pietatem commenti sunt. Ista terram sapiũt, et carnalia sunt, pro tempore data cœrendæ crassorũ hominum licentiæ. Lex Euangelica spiritualis est, ac cœlestis, [illegible] bus animi. Horũ igitur prima debet esse cura. Siquidem absq; his, nec illa quicquã prosunt, nisi ad inanẽ ostentationem. Hanc igitur philosophiã cœlestem, posteaquã cœpistis profiteri, nihil uobis est rei cum fucatis pharisæis, qui talibus obseruationalis promittunt absolutam sanctimoniam, in quibus aut nihil est, aut quàm minimũ pietatis. Iactant sese doctores, ac duces ad ueram religionem, quum ipsi nesciant quibus in rebus sit sita uera religio. Itaq; cæci sunt, cæcorum duces. Porrò si cæcus cæco uiæ dux fuerit, quid futurum, nisi ut ambo simul in ãdant in foueã? Nesciunt quid doceant, & stultos crassosq; discipulos sibi adiungunt. Valeant igitur stulti pharisæi, cũ suis stultis et ineptis constitutionalis. Vobis ea curæ sint, quæ ueræ purũ et impurũ reddunt hominẽ hoc est, quæ polluunt aut purgant animũ magis quàm

Sinite illos, cæci sunt duces cæcorum.

corpus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

corpus. Ad hæc Petrus, ob penitus à maioribus haustam superstitionem, nondum sibi persuadens absq; periculo posse negligi constitutiones eiusmodi, non ausus amplius refragari sermonibus Iesu, blande rogat, ut quod inuolute dixerat apud populum, de ijs quæ intrant et exeunt os, dignetur explanare. Iesus obiurgatiunula uolens auere studium suorum, quos oportebat iam in coniectandis parabolis eße peritiores, et ex alijs alia diuinare. Adhuc, inquit, & uos carcis intelligentia? Nec intelligitis, quod abus, qui manibus, siue lotis, siue illotis sumptus intrat in os, demittitur in stomachum, deinde quod crassius est, per aluum in secæßum eijcitur? Corporalia sunt hæc, nec afficiunt, nisi corpus. Animum nec iuuant, nec lædunt, nisi si quis abutatur. Vt autem abutaris, non ciborum fit uitio, sed abutentis. Cæterũ quæ progrediũtur ex ore, sunt ea quæ loquuntur homines. Oratio nasãtur, non ex uentre, sed ex corde. Porrò quod est in corde hominis, id aut uere purum est, aut uere impurum est. Illic enim fontem suum habent, noxiæ cogitationes, quibus fratri struunt insidias, homicidia, adulteria stupra, furta, fraudes, doli, liuor, arrogantia, lites, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc etiam si non prodeant per os, tamen impurum reddunt hominem, & abominandũ in oculis dei. Si prorumpunt, uelut è putri cloaca pestilens halitus, ut declarant hominem esse impurũ, ita contagio afflatuq; suo etiam alios inquinant. Porrò siue lotis mani=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tis manibus cibum capias, siue non lotis, modo ad usum naturæ sumas, non reddit hominem immundũ. Nec potus ex illoto caliæ sumptus inquinat hominem. modo modicæ sumas ad usum, non ad luxum. Itidem insidere illotæ sellæ, non conspurcat animum hominis, uti nec lota sella puritatem addit sedenti. Has igitur friuolas ineptias, quum superstitiose doceant ac seruent pharisæi, tamen non exhorrent ea, quibus uere inquinatur animus. Moliuntur insidias benemerenti, subornant falsa testimonia obtrectant famæ proximi sui. & ita suæ consulunt gloriæ, ut inuideant gloriæ dei, calumniantes opera, quæ illius spiritu geruntur, & attribuentes Beelzebub. Hæc erant illis abominanda, si uere puri uideri uellent. Quod aũt hoc est præposterũ sanctimoniæ genus, lotas habere manus, & mentem simul ac linguã habere, tot sceleribus inquinatam? Hæc loquutus Iesus, reliquit eam regionem, & concessit in fines Tyri ac Sidonis, uelut ipso facto uatiãnans Iudæos ob superstitionẽ suæ legis expulsuros Euangelicam doctrinam, quam gentes essent per fidei syncæritatem, sibi uindicaturæ. Siquidẽ Tyrus & Sidon ab idololatris incolebantur. Huc ita profectus est Iesus, non ut prædicaret, quemadmodum fecerat in Iudæa. nondũ enim illud tempus aduenerat, sed ut lateret. Nã domũ ingressus est latere cupiens, sed fama latentem prodidit. Hoc datum est inuinãbili Iudæorum malitiæ, ne quæri possent sibi prælatas nationes impias & prophanas. Itaq;

Et egressus inde Iesus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nas. Itaq; mirabulum quod illic gessit, non affectatum, sed casu oblatum, ac propémodum extortum uideri uoluit. Igitur ubi rumor late sparsisset adesse Iesum, cuius fama paulatim glisens Iudaeae terminos exierat. mulier quaedam Chananaea, è finibus suis egressa, non est ausa propius accedere ad Iesum. ne impura, purum contaminare uideretur, sed procul clamore miserabili compellat. Miserere mei fili Dauid, narrans sibi filiam esse domi, misere uexatam à daemonio. Hic Iesus, ille misericors & exorabilis, qui solet omnibus obuius esse & expositus. quo simul & mulieris constantissimã fidẽ omnibus pate faeret, & Iudaeis suam pertinacissimam incredulitatem exprobraret, simulq; doceret nos quantũ ualeant apud deum improbae preces, ex humili corde profusae. adeo contempsit suppliem, ac uociferantem prae dolore animi ut nec responso dignaretur. uideliet Iudaicam quandã arrogantiam specie exprimens, quod Iudaei, Chananaeos ueteres hostes, & idolorum cultores, habeant abominandos, seq; contaminari putent, si uel colloquium cum illis miscant. Et in hoc affectu tũ temporis adhuc erant apostoli. Nõ desistit mulier, quamuis repulsa. dolor & fides illam reddebat improbam. Sequitur à tergo, uociferatur lamentabili uoce. Miserere mei domine, fili Dauid Discipuli nondũ intelligentes quid ageretur, pudore commoti, potiusquam misericordia, ob improbũ clamorem, alienigenae mulieris, interpellant Iesum, rogantes, non ut misere-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ut misereretur calamitosæ, sed ut improbã ablegaret aliquo responso. Iesus itaq; responsum addit, repulsa prior durius, quo magis ac magis admirabilem redderet Barbaræ mulieris constantiã ac modestiam. & huius exemplo Iudæis suã exprobraret arrogantiã. Non sum, inq̃t, missus, nisi ad oues perditas domus Israheliticæ. Nam hoc quoq; titulo sibi mire plaudebant Iudæi, quod genus essent Israhelis. Mulier adeo non est defatigata tot repulsis, ut ausa sit propius etiã accedere ad Iesum, & accidens ad genua, Domine, inquit, opitulare. Non refellebat, qd̃ dixerat Iesus, sed precibus iteratis conabatur obtundere. Non obtexit ius, nihil aliud flagitat quã miserícordiã. Nec his contentus Iesus, pergit adhuc tentare mulieris modestã improbitatẽ. Non decet, inq̃t, sumere panẽ filiorũ, & proijcere canibus. Panẽ appellans fructum euangelicũ, q̃ fide cõstat. filios Iudæos, qui patre deo gloriabãtur. Canes alienigenas, à religione, cultuq; dei alienos. Quis Iudæorũ huiusmodi conuitio nõ fuisset irritatus? At mulier, nec recusat canis cognomen, nec Iudæis inuidet honorificũ titulũ filiorũ, sed dominos etiam eos appellãs, quos Iesus uocarat filios. Amplectitur responsum in specie contumeliosum, & ex ipso, quo uidebatur omnino repulsa, arripit ansam, ne possit repelli. Nõ infiãor, inquit, Israhelitas esse filios, nos esse canes. & ideo nõ sum oĩno repellẽda. Nõ illis præripio suũ panẽ deliciatum, quo uesuntur accumbentes in mensa patris.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoc tantum peto, quod domini non solent negare canibus Diues est mensa taliũ, mihi satis est, si contingant micæ, quæ decidunt de mensis illorum. Tunc Iesus admiratus tam infatigabilem constantiam alienigenæ, ueluti uictus dixit. O mulier, non possum amplius repugnare tuis precibus, magna est fides tua, qua me cogis. Fiat itaq; tibi sicut uis. Ac mox hoc ipso in tempore compertum est filiã fuisse à dæmonio liberatam. Hoc unum miraculũ quum Iesus ad suam gentem prouocandam in confinio Sidoniorum ac Tyriorum, ueluti coactus edidisset, in Iudæam sese recepit, ut declararet, quanto propensior esset in suos quã in alienigenas, si modo beneficijs uinci potuissent. Venit aũt ad lacum, qui dicitur mare Galilææ, atq; illic consæenso monte, sedebat, ut secessu locique difficultate paulatim ad firmitudinem eueheret fidem suorũ. Mox confluebant ad illum multi greges hominum, adduentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, alios q; diuersis morbis obnoxios. quorum tam ingens erat multitudo, ut eos abijerent ad pedes Iesu. Ille uel ex itineris difficultate satis perspecta fide illorum, sanauit omnes. tanta celeritate tam multos, ut multitudo quæ uenerat, uehemẽter obstupesceret, quum uideret subito recepisse uisum, qui modo fuerant cæci. loqui, qui fuerant muti. ambulare recte, qui fuerant claudi. integris esse membris, qui fuerant debiles. Et glorificabant deum Israhelitici populi, qui tantis beneficijs dignaretur gentem suam. Hæc

Et quũ trãsisset inde.

populi

populi gratitudo feàt, ut ultro benefiàũ benefiào aemularet. Quum enim sàret Iesus multitudinem tertium iam diem hærere sibi. tantus erat ardor erga Iesum. & si quid attulissent secum uiatià, id iam dudum esse consumptum, & multos periclitari fame. ad hæc iter esse longũ nec uicos ullos aut oppida esse in propinquo, cõuocat ad se disàpulos suos, & ait. Miseret me multitudinis. Iam enim triduum est, quod hic mihi adhærent in deserto, nec habent quod edant. nec eos uolo dimittere ieiunos, ne defiàant in uia prolixiore, quàm ut à ieiunis peragi possit. His dictis submonebat disàpulos suos superioris miraculi, quo pauerat aliquot hominum milia. At illi rudes adhuc, & obliti priorum, quasi iussi pasere tantam hominum turbam, solliàti perplexiq; respondent. Vnde igitur nobis tantam uim panum comparemus, ut sufficiat tam numerosæ multitudini? Hæc simpliàtas & obliuio disàpulorum miraculi magnitudinem illustrauit. Desperantibus igitur illis, Christus peragit miraculi negoàum. Rogat eos, quot haberent panes. Respondent. Septem, cum paucis pisàculis. Et continuo iubet eos discumbere in terra. Ac sumens in manus panes septem cum obsonio posteaquam sublatis in cœlũ oculis gratias egisset patri, fregit, tradiditq; disàpulis suis. illi distribuerunt populo. Comederunt omnes usq; ad saturitatem. & in tantum non defuit quicquam, ut ex collectis his, quæ superfuerant, implerentur corbes septem. Erant aũt qui come-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

derant numero, quater mille, præter pueros ac mulieres. Iesus aũt tot tam insignibus æditis miraculis in monte, ne plus satis accenderet populũ in admirationem sui. præsertim quũ hæc corporalia beneficia non in aliud adhibebantur, quã ut Euangelicæ doctrinæ, qua sanantur & pascuntur animi, conciliarent autoritatẽ, dimissa turba nauigio profectus est in terram Magedan. XVI.

HIc agentem adeunt rursum pharisæi quidam & Sadducæi, secta quidem dissidentes, sed ad insidias struendas Iesu concordes. Ac subdole rogant illum, ut signũ aliquod æderet è cœlo, quasi posthac illi crediturí sint, si id fecisset. quũ nihil aliud captarent, quã occasionẽ calumniandi. Iesus aũt quũ animaduerteret, post tot ædita miracula, adhuc in sua perseuerare malicia, ingemuit spiritu, & ait. Hypocritæ, aliud ore promentes aliud in corde cælantes. In rebus leuioribus, nostis, obseruato cœlo, prædicere, quod tempus postridie sit futurum. Etenim cũ uidetis solẽ occidentẽ, dicitis, Cras erit serenitas. rutilat enim cœlũ. Rursum ubi mane uidetis solẽ orientẽ, ilico pronunciatis, eo die, futurã tempestatem, quod rubeat triste cœlũ. Ex habitu faciéq; cœli conspecta nostis diuinare, an tempus idoneũ sit futurum, itineri, nauigationi, sementi messi ue, aut alijs rebus ad corporis usum pertinentibus. & in nosendo tempore, quod adfert salutem animarũ, tam estis stupidi, & ociantes? Tenetis scripturas, uidetis quæ gerantur, conspicitis innouari

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nouari mundũ, & nondũ intelligitis adesse tempus illud, à prophetis prædictũ, totq; seculis expectatũ? Ex uno signo pronũciatis futurã serenitatẽ, aut tempestatem. ex tot signis, quæ quotidie uidetis, nõ itelligitis id qd adest? Si prodigijs meliores reddi potuissetis, iam pridẽ crederetis mihi. Nunc signũ flagitatis, quo reddamini deteriores. O nationẽ prauã & adulterinã, longeq; degenerantem à maioribus suis, quorũ titulis se uenditat. Ostentum subdole quærit è cœlo, quod calumnietur. sed hoc olim illi dabitur quod horreat, non quod carpat. Interim non dabitur illi portentũ nisi è terra, quod frustrabitur omnes illorũ conatus, quum uiderint reduiuum, quem putabant extinctũ, ac sepultũ. Prodigiosum illis uidetur quod accidit Ionæ prophetæ. Dabitur illis simile prodigium, sed admirabilius. Hoc ænigmate significabat dominus Iesus, se prius occidendum ac sepeliendũ ab illis, quem nihil aliud existimabant quã hominem, ac mox diuina uirtute reuicturũ. His igitur cum sua cæcitate relictis, Iesus nauigio transmisit lacum. ac disãpuli per obliuionem non prospexerant sibi de panibus priusquam nauim conscenderent. Nam unicum duntaxat panem habebant in naui. Iesus igitur ut uellicaret illis memoriã. Cauete, inqt, etiã atq; etiam à fermento Pharisæorũ ac Sadducæorũ. uidelicet obscure taxans Iudaicam illorũ superstitionem, quod magnũ quiddã esse putabant, his aut illis uesã à bis. quũ ante docti fuissent, his quæ intrant in os,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non inquinari hominem. Hoc dicto, discipuli, quanquam quid sibi uellet non intelligentes, tamen admoniti sunt, quod obliti fuissent naui imponere commeatum. Hac igitur de re solliciitos, Iesus obiurgat, inuisans illorum tarditatem. qui toties docti dictis, simul ac factis, penitus ex animo profligandã de uictu solliciitudinẽ, adhuc rerũ huiusmodi cura distinerentur. O parum mihi fidẽtes, inqt, quur hæc cura torquet animũ uestrum, quod panem obliti sitis, quasi quicquam nobis defuturũ sit, etiam si uos non prospexeritis? An non doui, primum omnium quærendum regnum dei, hæc ultro adijciienda? An non bis iam uidistis, tantæ multitudini non defuisse cibum? Tot modis docti, monitiq; nondum intelligitis, nondum meministis? Adhuc cor habetis huiusmodi auris obcæcatum, & pharisæorum more. quod cernitis oculis, non uidetis. quod auditis auribus, perinde est quasi non audiatis An excidit, quod nuper uobis, non solum testibus, uerum etiam ministris gestum est. quum quinq; panibus hordeaceis ac duobus pisciibus saturarentur quinq; hominum milia? Quum esset tantus conuiuarum numerus, quum esset tam parcus apparatus, quot cophinos implestis ex eius conuiuij reliquijs? Respondent illi, Duodecim. Ac rursum quum uobis distribuentibus septem panibus, & paucis piscibus expleti fuissent quatuor hominum milia, quot cophinos implestis è reliquijs? Respõdent, septẽ. Cur nondũ agnosciitis genus sermonis mei, quẽ ad curam

Quare nõ intelligitis.

rerum

rerum corporaliũ trahitis, quum is prospiciat animis magis, quàm corporibus? Iam ex uobis oportuit coniectasse, quid sibi uellet ænigma quod dicebam, cauẽdum à fermento pharisæorum & Sadducæorum. Iam docueram nihil referre, quo cibo uescamur, iam multis modis inculcaram his qui rem tractant Euãgelicam, huiusmodi sordidas curas prorsus abijciendas. Hac obiurgatiuncula discipuli facti attentiores, intellexerunt qd' Iesus sensisset diligenter cauẽdum à doctrina pharisæorum, quæ nihil habebat synærum, sed ambitiõe, auaricia, liuore, cæterisq; uitijs esset corrupta. quum Euangelica doctrina nihil huiusmodi sapiat. Illorum enim doctrina, magis inficit hominem, quàm pascit. & ob id diligenter esse cauendum, quod falsa specie pietatis solent incautos fallere, quum sit merum ueræ pietatis uenenum. Hic ubi Iesus uenisset in regionem Cæsareæ ciuitatis, quã Philippus Tetrarcha in honorem Cæsaris sic appellauit, fratrem Herodem imitatus, qui ei, cui prius fuit nomen turris Stratonis, uertit nomen, & appellauit Cæsaream. Voluit periculum facere, quãtum profecissent discipuli, ex tot sermonibus auditis, ex tot miraculis conspectis. et an aliquid sublimius de se sentirent, quàm uulgus. Percontatur igitur illos, dicens. Quem dicunt homines esse filiũ hominis? Aiunt. Alij Ioannem baptistam. sic enim suspicati sunt Herodiani. alij Heliam, quod is raptus esset, & ideo nunc suspicarentur apparere iuxta prophetiam

Venit autẽ Iesus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

phetiam Malachiæ. alij Hieremiam, quod is typum gereret Christi, quodq; de illo dictum esset. Ecce constitui te hodie supergentes & reges, ut euellas, & dissipes, & plantes, quæ uere erant in Christo complenda. His auditis Iesus, ut certiorem aliquã ac sublimiorem eliceret professionem. Vos, inquit, quos oportet me rectius nosse, quẽ me esse dicitis? Hic Simõ Petrus, ut erat amãtissimus Iesu, tanquã futurus ordinis apostolicã prĩceps, oĩm nomine respõdit. Tu es ille Christus, filius dei uiui. non suspitionẽ pferens, sed certa & indubitata sentẽtia pfitens, illum esse Messyam à pphetis pmissum, singulari quodã amore filium dei. Hac tam alacri, tamq; solida pfessione delectatus Iesus. Beatus es, inquit, Simon fili Ioannis. Istam uocẽ non tibi suppeditauit affectus humanus, sed pater cœlestis, afflatu secreto suggessit animo. Nullus enim digne sentit de filio, nisi patris instinctu, qui solus nouit filiũ. Atq; ego uicissim, ne gratis me tam magnifico testimonio ornaris, illud affirmo, te uere Petrum esse, hoc est, solidum lapidem. non huc aut illuc uacillantem uarijs opinionibus uulgi, & huic saxo, tuæ professionis, superstruam ecclesiam meam. hoc est, domum & palatium meum, quam ita communiã innixam immobili fundamento, ut nullæ uires regni tartarei ualeant illã expugnare. Multis machinis uos impetet Satanas, conatabit in uos impiorũ spirituum cohortem, sed meo præsidio stabit ædificiũ meum inexpugnabile, tam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

[illegible] Regnũ cœleste est ecclesia. regnum diaboli est mundus. Ab hoc non est qd' quisquã sibi metuat, modo Petrus sit. hoc est, tui similis. Atq; huius regni cœlestis claues tibi sum traditurus. Cõuenit enim ut illic primus sit autoritate, qui primus est fidei pfeßione & charitate. Et est quidẽ interim istud regnum cœlorum in terris, sed commerciũ habens cum cœlo, unde pendet. Proinde qui peccatis adhuc obstrictus est, ad regnum pertinet inferorũ. nec potest ingredi regnum cœlorum. Ingredietur autem si apud te professus, quod tu profiteris, per baptismũ soluatur à peccatis. atq; ita te duce, teq; fores reserante, ingredietur regnum cœlorum. Hæc mea peculiaris est potestas, cõdonare peccata. sed hanc potestatem, tibi quadantenus impartiã, ut quod tu meis clauibus acceptis solueris super terram apud homines, solutũ sit & in cœlis, apud deũ. Contra quod tu in terris alligaris, alligatum sit & in cœlis. Comprobabit enim deus tuum iudicium, ab ipsius spiritu profectum. Hæc locutus Iesus, præcepit discipulis suis, ut hanc magnificam de se opinionem, adhuc apud se seruarent. neq; cuiquã cæterorũ aperirent, qd' ipse esset Meßyas. Prius enĩ erat peragẽdum sacrificiũ crucis, & declarãda naturæ humanæ ueritas. Deinde per resurrectionẽ, & spiritũ sanctũ declarãda diuinitas. Quanquã enĩ Petri uox collaudata est à Christo, ueluti iam pficientium, & paulatim emergentiũ ad pfectiora,

tamen

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tamen adhuc somniabant regnum quoddam non omnino dissimile mundano. Et ob hæc Iesus obscure, quasiq; per ænigma Petro ius clauium polliãtus est, non continuo tradidit. Nondum enim erat idoneus qui uteretur, haud dum satis edoctus magisterio, spiritus cœlestis. Atq; ideo Iesus reuocat eos, ad mysteriũ cruis, ac mortis suæ, quo regnum illud erat parandum, deuicto diabolo, & abolitis peccatis, quo minus animis perturbarẽtur, quum hæc uiderent accidere, quæ facebant paulo post esse uentura. Maluerant illi gloriari, in potente illo ac sublimi filio dei uiui. sed in hoc nemo uere potest gloriari, nisi qui nõ fuerit offensus eiusdem humilitate. Cœpit igitur Iesus suos ad hanc tempestatem, quæ imminebat præparare, indicans eis sibi prius cũdum esse Hierosolymam, seq; multis malis affligendum à scribis ac pharisæis, atq; etiam à primarijs sacerdotibus. Deniq; & occidendum esse, sed tertio die reuiscturum. Hunc sermonem quum discipuli carnales adhuc non satis intelligerent, quod hæc iudicarent indigna eo, qui tot miraculis declarasset se filium dei. non ausi sunt tamen interrogare dominum, quid sibi uellet mori, & resurgere. Petrus itaq; quem præcipuus quidam amor erga præceptorem semper fecit cæteris audaciorem, abduxit eum à reliquis apostolis quasi familiarius aliquid dicturus. Et increpans illum, atq; abominans mortis, & afflictionum mentionem. Propitius, inquit, esto tibi domine. non

Exinde cœpit Iesus ostẽdere.

contingent

contingent ista tibi. Siquidem in te situm est, ut non eueni ant. Quanquã enim Petrus afflatu patris, magis quàm suo sensu pronunciauerit eum filiũ dei uiui, procul aberrat tamen ab intellectu illius arcani, quod Iesus sua morte redempturus esset genus humanum. & resurrectione declaraturus orbi potentiam diuinæ uirtutis. Hunc igitur affectum, ut in suis corrigeret Iesus, conuersus est, & intuitus discipulos suos, quos sciebat similiter affectos esse, tametsi solus Petrus ausus fuerat increpare dominum, ait Petro. Abi post me Satana. Desine aduersari uoluntati patris mei. tuum est sequi me, non præire. Nunc obsistis, impedire studens, quod ob salutem humani generis, & pater uult fieri, & me facere decet. Cupis esse socius regni, & obsistis ad crucẽ ultro properãti, quo regnum hoc asserã patri. Quã me uidetis ire, hac est uobis quoq; tendendũ ad regnum cœlorũ. Tu uero nondum sapis ea quæ sunt dei, sed humanis affectibus ductus repugnas uolũtati diuinæ. Ne obsta igitur inutilis monitor, sed à tergo sequens, discipulũ age potius quã magistrum. His dictis ubi Iesus retudisset intempestiuã Petri improbitatẽ, conuersus ad omnes discipulos, cœpit pluribus uerbis explanare, quid esset quod dixerat Petro. Vade post me. Quisquis uult, inquit, esse meus discipulus, & partiæps esse regni cœlorũ, sequatur mea uestigia. ac sicut uidet me contẽptis omnibus huius mũdi bonis, etiam uitã meam ultro impendere saluti hominũ

Tunc Iesus dixit discipulis suis.

& gloriæ

& gloriæ patris, ita ille affectus omnes humanos abdi
cet, oportet, paratus ad omne mortis genus, Euangelij
cauſſa. tollensq; & ipſe cruœm ſuam, me ad cruœm eun
tem ſequatur. Sic pati beari eſt. ſic affici ignominia, glo
rioſum eſt. Sic occidi, eſt lucrifacere uitã. Sao nihil eſſe
uita charius. ſed ſic cuiq; ſua perdenda eſt uita, ſi uelit
eam ſeruare. perditurus, niſi pdiderit. Lucro ſuo per=
dit, qui perdit ob euangelium. uere perdit, qui deſerto
Euangelio, conſulit uitæ temporariæ, & diſpendium fa=
cit æternæ uitæ. Nemo tam ſtultus eſt, ut uitæ corpora=
lis huius ac breuis iactura, uelit uniuerſum hunc mun=
dum lucrifacere? Quorſum enim opes, ſi interim perit
ipſe poſſeſſor? Ita dementis eſt tanti facere affectus ſuos,
opes, aut etiam corpus ipſum, mox & alioqui peritu=
rum, etiam ſi nemo occidat. ut hominum gratia, æternæ
uitæ faciat diſpendium. quam qui non habet, fruſtra ha
bet cætera. Nihil igitur cuiquam tam charum eſſe debet,
cuius lucrum animæ ſuæ diſpẽdio uelit cõmutare. Nam
cæterarum rerum iactura, poteſt utcunq; ſarari, ani=
mæ diſpẽdium eſt irreaperabile. Qui perdit uitã ſuã
mea cauſſa, nõ perdit, ſed mihi fœnerat, recepturus cũ
lucro, quum apparuerit maieſtas regni mei. Neq; enĩ
eſt quur animo deijciamini, quod oſtenderim ob Euange
lium multa toleranda triſtia. Habitura ſunt hæc breui
finẽ, & ignominiã temporariam, ſequetur æterna glo=
ria. Siquidẽ filius hominis, quẽ uidebitis conculcatum ab
omnibus,

Filius enim hominis uẽ turus eſt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnibus, & habitũ ꝑ uermiculo, aliquãdo uenturus est alia specie, demonstraturus omnibus maiestatem & gloriam patris, stipãtibus eum satellitibus suis angelis. Tunc qui hic iudicatus erat, & condẽnatus ignominiosa morte, iudicem aget omnium & uiuorum & mortuorum, redditurus cuiq; præmium pro factis suis. Tunc morti addicentur æternæ, qui hic uitam pluris fecerint, quã me. & uita donabuntur immortali, qui mea caussa uitam corporis ad tẽpus contempserint. Nunc certaminis tempus est, erit olim præmiorum. Atq; hæc quidem felicitas, tum absoluetur, quum uisum erit patri. Neq; enim uestrum est nosse tempus. Et tamen interim dabitur huius gloriæ gustus aliquis. Siquidem illud habete pro certo. Sunt hic quidam astantes qui non gustabunt mortẽ, priusquam uideant filium hominis ostendentem maiestatẽ regni sui, quatenus oculis corporeis cerni potest. Certe uidebunt ante mortem regnum dei promere uirtutem suam. iamq; paulatim uincere potentiam huius mundi uniuersam.

Amen dico uobis.

CAPVT XVII.

Post dies sex Iesus uolens aliquo pacto uelut per somniũ exhibere suis, eam speciem qua olim uenturus est iudex orbis, tres è numero discipulorũ selegit, Petrũ, Iacobum, & Ioannẽ huius fratrẽ. atq; his subductis in montem uehementer excelsum, procul ab hoim cõspectu, transfiguratus est coram illis. Refulsit autẽ facies eius, in morẽ solis. ac uestimẽta niueo quodã candore reluceba nt,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

reluæbant, qualē nullus fullo super terram potest dare. Simulq; apparuit illis Moses & Helias, colloquētes cū eo de gloria mortis, quam esset subiturus Hierosolymæ Hoc ita uisum est Christo, ut his autoribus, quos plurimi faciebant omnes Iudæi, confirmarentur apostoli, neq; suspicarentur eum uelle legem abolere. quum adstaret illi Moses, neq; Pphetas, quum adesset Helias. nec mortem ut ignominiosam abominarentur, quam tanti uiri ut gloriosam prædicabant. Hæc uisa sunt apostolis, uelut recens experrectis à somno. nam oculi grauabantur. Non enim capiebat mortalis infirmitas, uisionis magnitudinem. Expauefactis igitur, & attonitis, tam incredibili spectaculo disipulis, Petrus nondum satis sui compos, sed totus raptus uoluptate, ac maiestate spectaculi, quæ procul abesse uidebatur, à mentione mortis. Domine, inquit, extruamus hic tria tabernacula. Tibi unū, alterum Mosi, tertum Heliæ. Hoc uisum est, Petro consultius, quàm Hierosolymis occidi. Nōdum sermonē finierat Petrus, ecce nubes lucida, obūbrauit apostolos, ne sublimitate spectaculi absorberentur. Et ecce uox patris, de nube sonuit ijsdē uerbis testificans de filio, qbus testimoniū illi præbuerat apud Iordanē baptizato. Hic est filius meus uniæ charus, in quo sibi cōplacet animus meus, ipsum audite. Hanc uocē diuinæ maiestatis plenā, nec ferendam humanis auribus, quū audissent disipuli, pidentes in faies suas, maiorē in modū extimuerūt

Metuebant

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Metuebant enim uitæ suæ, quod didicissent deum ita loquutum. Non uidebit me homo et uiuet. At Iesus recepta priore specie contigit eos manibus, ne suspicarentur esse spectrum, ac uoce consueta notaq; consolatus est illos dicens. Surgite ne q; metuite quicquam. Porro quũ receptis animis attollerent oculos suos, neminẽ uiderunt illic, præter solum Iesum, talem qualis uenerat in montem. Quũ autem descenderent de monte, priusquàm redirent ad reliquum discipulorum cœtum, præcepit illis, ne aliquàm narrarent de his, quæ uiderant, donec filius hominis resurrexisset à mortuis. Nam ante id temporis sermonem & fructu suo cariturum, & fide. Ac discipuli quidẽ cõtinuerunt apud se, conferentes inter sese, quid sibi uellet hoc qd̃ dixerat Iesus, postquàm resurrexerit à mortuis. Adeo cor habebãt obuolutũ, ut ea uox toties audita non descenderet in pectus illorum. Sed scrupulus quidam cœperat animos illorum, ex eo quod Heliam conspexerant assistentem Iesu, hũc inter eundum proponunt illi. Quid est igitur, inquiunt, quod scribæ docentes aduẽtum Messyæ, dicere solent ex autoritate Malachiæ, qd̃ prius q̃ sit uenturus Messyas, uenturus sit Helias Thesbites? At is non præcessit aduentum tuum, sed hodie demũ uisus est in monte. Quibus Iesus respondens ait, Helias quidem uenturus est, quemadmodum dixit Malachias, & iuxta prophetam præcurret aduentum meum, ac restituet omnia, conuersis ad euãgelium Iudaicæ gentis reliquis

Et interrogauerũt eũ discipuli.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

liquijs, ne condemnetur tota natio. Verũ is aduentus erit olim, cum rursus adero, cum maiestate patris, redditurus, uniuiq; pro suis factis præmia. Quanquàm et hũc meum aduentum præcessit Helias quidam, quem æque atq; me contempserunt & fecerunt in illum, non pro meritis ipsius, sed quicquid ipsis collibitum est. Neq; mitius ab illis tractabitur filius hominis. Tunc intellexerunt discipuli quod Ioannem baptistam diceret Heliam ob uitæ similitudinem, & in carpendis regibus libertatẽ. Cæterum ubi iam iret Iesus ad discipulos suos, uidit ingentem hominum multitudinẽ circum illos, ac scribas disputantes cum illis. Populus autem admiratus, quò abiset Iesus, accurrit, et salutauit eum. Ille rogat quid esset, quod inter sese disputarent. Tum quidam è turba respondit, Magister, adduxeram ad te filium meum, qui miserè uexatur ab immundo spiritu, qui quoties illum corripit, alliditur puer in terram, aliâs in ignem, nonnunq; in aquam impellitur, spumat, stridet dentibus, et cõtabescit. Et quoniam tui non erat copia, rogaui discipulos tuos, ut eijcerent dæmonium, nec potuerunt. At Iesus ut omnium incredulitati mederetur, uelut indignabundus exclamat, O natio ĩcredula, quàm diu frustra uersabor apud uos quàm diu feram mores uestros intractabiles? Tot miraculis æditis nihil proficio, simulq; iussit puerum adduci quo miraculum redderet omnibus magis conspicuum, & insigne. Qui cum adductus esset, & à Iesu conspectus

Et cum uenisset ad turbam

protì

protinus ibi in oculis omnium corripuit eum spiritus, et elisus in terram uolutabatur, spumans, miserabile spectaculum. Tum Iesus, quo magis etiam illustraret magnitudinem mali, percontatus est patrem, quantum esset tẽporis, quod huiusmodi malo uexari cœpisset. Pater respondẽs, ab infantia, inqt, nec sine uitæ periculo. Nã frequenter illum egit, nũc in ignem, nũc in aquam, ut perderet. Scio morbum atrocem esse, attamen si quid potes opitulare, misertus nostri. Iesus audito, si quid potes, subiaxans imbecillitatem fidei, quasi morbus ullus esset potentior uirtute diuina, aut illi. Noli quærere quid ego possim efficere, sed uide nũ tu possis credere. Etenĩ si plene cõfidas, nihil est tam difficile, quod non possit cõtingere fidenti. Ad hanc uocem pater fiduciæ concepta, speque certiore, profusis lachrymis exclamans respondit, Credo domine, sed etiã si quid deest fiduciæ meæ, supple de tua bonitate, & adiuua incredulitatem meam. Interim quum Iesus conspiceret accurrentem populi multitudinem ad spectaculum, auidam uidendi, nũ succederet Iesu quod discipulis non successerat, cõminatus est spiritui immundo dicens, Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & ne post hac repetas eum. At spiritus cum eiulatu, recessit à puero, sed prius adeo uehementer discerpto, uexatoque, ut mortuo similis iaceret, multique confirmarent esse mortuum. Adeo tenax erat malitiis. At Iesus correpta manu pueri, erexit illum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in pedes, & ille surrexit. Vt ægre credebat pater, ita ægre sanatus est filius. Inter ea mœror quidam, occupauit discipulorum animos, metuentes, ne qua culpa sua perdidissent potestatem ædendi miracula, quum antea gloriati fuissent, etiã dæmones sibi esse dicto audientes. apud multitudinem quidem pudore silent, cæterum ubi Iesus esset ingressus domum, adeunt magistrum et interrogãt eum. Quare nos non potuimus hoc dæmonium eijcere, quum potestas abs te nobis semel sit tradita? IESVS ut suorum etiam fiduciam confirmaret, quam oportebat esse tantam, ut nonnunquàm et alienæ diffidentiæ posset esse præsidio, ait, Imbecillitas fidei uestræ partim fuit in causa. Nam & morbi uis erat atrox, & patris erat uacillans fides, nec uestra tam erat pollẽs, ut par esse posset utriq; difficultati. Est enim non nihil diluta humanis affectibus, et inanis gloriæ fermento uiciata. Quod si habueritis fidem similem grano sinapis, quod quum sit cõtemptum ac minutum, tamen attritum exerit acrimoniã naturæ suæ, & humo cõditum emergit in arborem spaciosam, nihil esset tam arduum quod non ilico dicto conficeretur. Etiam si dicretis monti, moue te istinc, ac demigra in alium locum, facturus est absq; mora, quod iussus est facere. Cæterum hoc genus dæmoniorum, quo puer ille tenebatur, non eijcitur, nisi fides, precatione & ieiunio confirmetur. Tenax erat malitiis, & iam multo tempore uersum erat in naturã. Aduersus huiusmodi uicia pugnan

gnandum est ieiunijs, quæ corpus attenuatũ spiritui sub ijãunt, & deprecatione, quæ diuinum impetrat subsidi= ium. Hoc sermone docuit Iesus atrocia diuq; consueta ani miuicia, remedijs grauioribus oportere propelli. Cæte= rum quum iam ageret in Galilæa, Iesus quo magis præ muniret animos discipulorum suorum, ne supra modum conturbarentur morte sua, rursus iterat & inculcat eis, quod filius hominis tradendus esset in manus hominum quodq; foret ab illis occidendus, quodq; tertio die resur= recturus à mortuis. Hic sermo maiorem in modum dis= cruciebat animos discipulorum, qui sic adamabant do= minum suum, licet affectu quodam adhuc carnali, ut au= res illorum nullam paterentur mortis mentionem. Non= dum enim intelligere poterant, quod Moses & Helias Ie su mortem, gloriam appellarant, quodque mors illa sa= lutem esset paritura toti mundo. Quanq; autẽ ut ad men tionem mortis contristabantur, ita ad resurrectionis men tionẽ debebant exhilarari, tamen in tãtum abhorrebat animus à commemoratione supplicij, ut planè non cape rẽt qd esset mori, ac mox tertio die reuiuiscere. Existima bãt enim melius esse nõ omnino mori, quãdo id sibi præ stare poterat, qui poterat à morte reuiuiscere. Vbi uero uenisset ad urbem Capernaum, qui Cæsaris nomine tri= buta exigebant, uerita compellare Iesum, ob autoritatem quam sibi iam miraculis compararat, adiere Petrũ, quẽ uidebant illi ferè proximum, Magister, inquiunt, uester

Et quũ ue= nisset Ca= pernaũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

num soluit didrachma? Petrus quũ pecuniã nõ haberet nec uellet offendere tributorũ exactores, respõdit illũ soluere. nam hactenus huiusmodi tributa soluerat etiã Iesus. Quũq; iam domum essent ingressi, nam illic domi alium habebat Iesus, Petrus anxius, habebat in animo loqui Iesu de soluendo tributo, promiserat enim, nec habebat quod daret. Tum Iesus non insaius quid in animo uolueret Petrus, praeuenit illius interrogationem, Simon, inquit, quid tibi uidetur? Reges à quibus solẽt accipere tributum, aut censum, à filijs ne, an ab alienis? Ab alienis, inquit Petrus. Tum Iesus. ergo, inquit, filij sunt immunes, obscure subindicans se terrae, marisq;, & omnium rerum dominum, nulli mortali principi debere tributum aut censum, nec suos discipulos ut filios regni teneri. Sed tamen docere uolens in huiusmodi rebus, quae nihil faciunt aduersus pietatem, nonnunq; obsequendum hominum generi, ne prouocati grauiora peccent subiecit, Attamen inquit, ne simus illis offendiculo, abi ad mare, & cũ piscem q primus ad te prodierit, tolle. Aperto ore eius, inuenies staterem, hoc est drachmas quatuor Eum tolle & da illis pro me & pro te. Hoc facto Iesus simul ostendit, & suam potentiam qua nulli subijiebatur, & modestiam qua cedi uolebat ijs, quos ob rem uilem, et aspernandam non expedit irritari. Etenim qui sic dare potest, maior est, quàm qui debeat. & tamen quũ dat quod non debet, docet aliquoties esse praestabilius de iure tuo

re tuo decedere quàm cũ improbis de iure contendere, præsertim in hisce rebus, quæ facultates atterunt, non lædunt autem pietatem. Habet & mundus ordinem suum quem per occasionem Euangelicæ libertatis, non oportet omnino confundi.

CA. XVIII.

HIs ita gestis subijt apostolorum animos humanus quidam affectus, ac stimulus liuoris, & ambitionis. Audierant de regno cœlorum, uiderant tres apostolos seorsum abductos in montem, audierant Petro traditas claues regni cœlorũ, eiq; dictum, Beatus es Simon Bariona, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam, conspiciebant illum familiarius quædam & audacius colloqui cum domino. ac modo uiderant illum cæteris apostolis prælatum in soluendo tributo, quodamq; modo æquatum Christo. Itaq; Petro subinuidebant, cui uidebatur primatus regni cœlorum destinatus, quũ esset ille natu minor. Adeunt igitur Iesum, & rogãt quis esset futurus primas in regno cœlorũ. Adhuc enim somniabant tales quasdã dignitates, quales uidemus in principum aulis. At Iesus ut penitus eximeret hunc affectum ex animis eorum, puerum quendam ad se uocatum statuit in medio discipulorũ, paruum, & adhuc alienũ ab oĩbus affectibus ambitionis, & inuidiæ, simplicẽ purũ, soloq; naturæ ductu uiuentẽ. Illud, inqt, habetote certũ, nisi qs totus fuerit immutatus, ac prorsus abiecerit omnes affectus istiusmodi, ac trãsformatus fuerit in habitũ et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

simplicitatem huius pueri, ne recipietur quidem in regnũ cœlorum. Tantum abest ut ambienda sit eminentia. Proinde qui se deiecerit, & efficiatur huic paruulo similis, hoc ipso maximus erit, quod sit minimus in regno cœlorum. Etenim qui modestia minimus est, is uirtute est maximus. Principes amant sui similes, et apud hos maiore in pretio est, qui cæteris submotis, semet anteponit. Ego mei similibus delector. In aulis huius mundi, primæps ad sui contumeliam pertinere putat, si quis, quem è summatibus affecerit contumelia, & in se collocatum officium interpretatur, quod in illos fuerit collocatum. At hominũ uere simplicium & humilium, tanta est apud me gratia, ut qui unum quemuis ex his recœperit mea causa, mihi uelim imputari, perinde quasi me recœperit. Contra qui læserit unumquemlibet ex his pusillis, aut offenderit qui mihi fidũt, totiq; pendent ex me, pœnas daturus est atrociores, q̃ si saxo molari collo illius alligato demergatur in profundũ maris. Quid enim sceleratius, quàm eos offendere, qui nulli male uolunt, qui nulli inuident, nulli se præferunt, qui omnes amant ex æquo? Sed heu male erit mũdo ob scãdala offendiculaq; similiũ paruulorum. Hominũ peruersitas in causa est, ut fieri nõ possit, quin accidant offendicula. Erunt qui luuore odioq; commoti, persequantur benemerentes, maledicãt, bene precantibus, occidant, salutem æternam afferentes. Atq; hæc quidem offendicula, cedent in bonum eorum qui patientur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

entur, imò in bonum totus mundi. Sed tamen male erit illi, cuius uitio natum fuerit offendiculũ. Proinde qui cupiunt ingredi regnum cœlorum, diligẽter uitent offendicula pusillorum, sed potius alijs alij uicissim sint adiumẽto. Neq; satis est cauere, ne quis alteri sit offendiculo uerumetiam ne quis ipse sibi accersat offendiculũ. Tum enim uere sunt offendicula, quum sibi quis est offendiculo. Nullus igitur affectus cuiquàm adeo charus sit, quin amputetur illico, si fuerit offendiculo properanti ad regnum cœlorum. Adeo, ut si manus tua, aut pes tuus, uidelicet membrum in primis necessariũ, tibi sit offendiculo rescandus sit, & abijciendus. Vtilius enim est tibi, ut ad uitam æternam recipiaris mutilus, aut claudus quàm ut integris manibus aut pedibus, totus conijciaris in ignem æternum. Oculus membrum est non solum necessarium ad usus, uerumetiam grauissimum homini. Et tamen si hic forte tibi fuerit offendiculo, erue, & abijce. Magis expedit tibi ut lusus admittaris in uitam æternã quàm ut utroq; oculo incolumi, totus præcipitaris in gehennæ incendium. Atq; hæc dicens. Iesus non sensit aliquod corporis membrum amputandũ, sed affectus omnes amputandos, qui nos auocant à cura salutis æternæ. Nam amicus quo carere uix possis, uelut manus est homini. Pater cui inniteris, pes est. uxor aut filius quẽ tenere deamas, oculus est. Vt igitur nihil tam precaosum tamq; magnificum esse debet homini, quo debeat auocari à re-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gno cœlorũ. Ita nemo quàmuis pauper, obſcurus, & humilis eſt contemnendus, ſed adiuuandus potius, ut proficiat ad meliora. Habetis exemplũ. Videte igitur, ne quẽ contẽnetis ex huiuſmodi puſillis. Quamuis abiecti ſint apud mundum, tamen apud deum magna eſt illorũ ratio. Nam illud pro certo dico uobis, angeli, qui tanquàm miniſtri curam habent illorũ, aſſidue contemplantur faciem patris, qui eſt in cœlis. Hinc æſtimare licet, quanti ſint apud deum, quum illis tales addiderit cuſtodes, ac pædagogos. Rudes quidem ſunt, labi poſſunt, falli poſſunt, ſed ſimplicitas ſubſidio digna eſt, non ſuppliciio. Nam ideo filius hominis uenit in terras, non ut perderet quenquã, ſed ut quod in ipſo eſt, ſeruaret omnes. Sed multi ſeruari nolunt, & perſequuntur ſeruare uolentẽ Hi ſunt quos mundus ut magnos ſuſpicit. Autoritate præminent, opibus pollent, eruditione præcellunt, ut uideantur, admirabili quodam falſæ ſanctimoniæ præſtigio cõmendantur. Hos non oportet quidem ultro prouocare, ſed contemnendi ſunt fortiter, ſi metuentes ſuæ potentiæ, potentiam opprimunt dei, ſi ſuæ gloriæ conſulentes, inuident gloriæ Euangelij. Si ſuo quæſtui ſeruientes, obſtant commodis omniũ. Si dum ſuã iactant inanem eruditionẽ, uitiant doctrinã Euangelicã. Si ſub prætextu falſæ religionis, extinctũ eunt uerã religionem. ſi beneficijs efferantur. iſti ſibi imputent oportet ſuũ exitiũ. Cæterum nobis hoc eſſe ſtudio debet, ne quem perire ſinamus e

mus è pusillis, & infirmis, qui sic errant, ut sint sana=
biles, ouibus similiores quàm lupis. Ex uestro sensu con
iecturam faciat, quanto pere sit hoc studio patri, qui na= Quid uobis
tura bonus est, ne quis hominum pereat, quos ideo cõdi uidetur.
dit, ut essent beati. Etenim si quis sit uerus ac fidus pastor,
dominus ouium centũ, atq; ex tanto numero pericrit una
nonne relictis nonaginta nouem in montibus, abit quæ
siturus eam quæ aberrauit à grege? Tantoq; desiderio
mæratur unius amissæ, ut reliquum gregẽ totum expo=
nat periculo. Quod si contigerit, ut illam inueniat, pro
certo dico uobis, quod magis gaudebit ob unam receptã,
quã de cæteris omnibus, quæ non pericrant. Proinde si
sic est affectus homo pastor erga gregem suũ, quẽ possi=
det tantum, non etiã condidit, quanto magis hæc est uolũ
tas patris mei qui est in cœlis, ne quis pereat ex his pu=
sillis, quos condidit, quos sic habet curæ, ut angelos suos
horũ custodiæ præfecerit, quibus ad salutẽ reuocandis fi
lium suum unicũ impendit. Absint igitur à uestro contu= Si autẽ pec
bernio offendicula, quæ pacem dirimãt fraternam, sed cauerit in te
adsit mutua charitas, qua uicissim alij aliorum erra= frater tuus.
tis amanter medeamur, si quæ inciderint. Porrò me=
dicandi modus hic erit. Si quid admiserit in te frater
tuus quod sit animaduersione dignum, ne statim prosi
lias ad uindictam, néue rursus silentio tuo sinas illũ pe=
rire, dum ueluti uinolẽtus affectibus suis peccat impune
sed primũ experire remedio quã maxime blando, quod

ne pu=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ne pudoris quidem incommodo fratrem aspergat. Adito illum solus solũ, & nullis arbitris rem inter uos transigito. Si nondum agnosat culpam, argue illũ, & ob oculos pone, quantum aberrarit, ab officio fraternæ charitatis. Talis autem sit admonitio, ut declaret te nihil aliud quærere, quàm illius salutem, & amicitiæ pristinæ sartura m. Quod si ille tam est sanabilis, ut ad hanc secretam admonitionẽ resipiscat, nõ est quod ulciscaris, aut quod illũ traducas. tibi satis est, quod lucrifeceris fratrẽ tuũ. Interim & tuo lucro consuluisti. Periturus enim erat tibi amicus, peritura erat eo anima. Quod si grauior est morbus, quã ut hoc leuissimo remedio sanari queat, non est prorsus abijaenda spes, nec statim ad extrema remedia ueniendum. Sed si tibi soli non præbuerit aurẽ, rursus adito hominem, adhibito uno aut altero, siue ut pudore mediocri corrigatur, qui nõ progrediatur usq; ad infamiam, siue ut testimonio duorum aut trium possit reuinci. Quod si tam est intractabilis, ut nec pudore nec metu iudicij commoueatur, rem defer ad congregationẽ ut uel multitudinis consensu, uel eorum autoritate, qui multitudini præsunt emendetur. Quod si usq; adeo est insanabilis, ut nec secreta fraternaq; corruptiõe, nec duorum aut trium consaientia consensuq;, nec prolati criminis pudore, nec primorum autoritate corrigatur, illum suo morbo relinquito. Amputetur à familiari consortio, nec alio loco habeatur, quàm si sit Ethnicus aut publicanus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nus. Sit hæc inter uos atrocissima pœna, quæ tamen non in aliud adhibetur, nisi ut aut pudore resipiscat frater, dum se uidet ab omnibus uitari, aut certe ne gregi admixtus, alios inficiat suo contagio. Nec est quod aliquis dicat mihi, diluta & imbecilla sunt regni tui iudicia, imò seuerissima sunt, si quis contemnet obstinate. Nam humanæ leges, uum atrox facinus punuunt capite, nihil aliud quàm corpus interimunt, & nonnunquam occidunt, quem deus non condemnat, & occidunt tantum, non emendant, posteaquã non superest, qui possit emendari. At ista condemnatio quanquàm lente procedit ad supplicium, tamen hoc nomine est seuerissima, quod damnatum, nisi resipiscat, manet æterna pœna, quam nulla ratione poterit effugere: Quem Cæsar damnat, non nunquàm absoluit deus. & quem obsoluit princeps, aliquoties damnat deus: Ille quem absoluit, relinquit hominum consortio, quo faciat & alios sui similes: & quem occidit tollit ex hominum consortio, non solum non sanans, uerum etiam efficiens ne sit qui sanari possit. Hæc sunt humana iudicia necessaria magis quã laudanda. At uestra sententia sic submouet hominem insanabilem, ut nõ possit synceros inficere, & tamen sit qui possit resipiscere. propterea quod uestræ potestatis sit, seruare nõ perdere. Nec tamen impune peccabunt, quibus per uos licet uiuere. Manet illos æternum supplicium iudice deo, cuius sententia uestram sententiam approbabit,

Amen dico uobis.

bit, ni resipuerit dãnatus. Etenī qui non quærit ultionẽ, sed correctionem fratris, qui paratus est admissam in se iniuriam remittere, qui sollicitus est de salute fratris, qui ad ægrotum ipse læsus ultro uenit, ut illi medeatur, qui semel atque iterum repulsus, tamen nõ desistit à medicando, qui non fidit suo iudicio, sed unum atq; alterum adhibet, non ad uindictam, sed ad medelam. huius sententiam, quoniam profiscitur ab animo Euangelico deus approbabit, nec unquàm resandet, nisi damnatus damnarit quod admisit. Quanquàm igitur uestrum iudiciũ, non habet in specie seueritatem eam, quam habent tribunalia principum, tamen magis est formidandum, quã illorum sententia, qua sæpenumero peruertuntur optimi & obsoluuntur scleratissimi. A deo damnari, formidabile est. Et ab illo damnatur quisquis à uobis synœro animo consentientibus, damnatur. Quod enim iudicatis spiritu dei, nõ uestrum est iudiciũ, sed per uos illius. Quod si damnaueritis aliquẽ humano spiritu, iam est iudiciũ humanũ, non dei. & is qui uestra sententia fuerit eiectus à uestro consortio, non protinus est alienus à consortio cœli. ~~Vis igitur uestra auctoritas in affectibus est quos solus deus intuetur. Hæ autem sunt claues, quas Petro me profitemur dare, quibus quod ligatum fuerit in terris, ligatum erit & in cœlis. & quod solutum fuerit in terris, solutum erit & in cœlis. Et potestas tametsi primoribus maxime competet, tamen omnibus~~

~~nibus à me dabitur, si modo consensus accesserit, non humanus, sed in meo nomine.~~ Quin & amplius dicam uobis. Non solum ualebit consensus uester in condonandis, aut damnandis commissis, si uos inter uos, & si mecum consentiatis, uerum etiam siuel duo quilibet reperiantur in terris, qui uere concordes meo spiritu, hoc est non commoti affectu humano, sed concorditer amantes ea quæ dei sunt, ij, quæcunque petierint, impetrabunt à patre meo, qui est in cœlis. Adeo pater amat Euangelicam, sanctámque concordiam. Quum igitur tantum ualeatis apud eum principem, qui potest omnia, non est quod uos pœniteat uestræ potestatis, etiam si apud homines, imbecilles & impotentes uideamini. A Cæsare non protinus impetratur quod petitur, nec ille quicquid rogatur præstare ualeat. Nec enim ille posset uel febrim depellere, uel muto linguam reddere. Nihil autem tam est arduum aut incredibile, quod pater meus non sit uobis præstaturus, si concorditer ab ipso petieritis. Hæc quum diligenter auscultasset Petrus, existimans ad se potissimum pertinere, quod de potestate damnandi & obsoluendi disseruerat IESVS, scrupulum aliquem conceperat in animo, propterea quod IESVS dicens post tertiam correptionem, sit tibi uelut ethnicus & publicanus, uisus esset certum numerum præscribere, quem qui transgressus esset, etiãsi resipisceret, qui peccarat, non esset

Tunc accedẽs Petrus ad eũ dixit

non esset recipiendus in gratiam. Hac igitur de re exactius docendus adijt Iesum. Domine, inquit, quoties condonabo fratri, si in me peccauerit, & post quotam culpam repelletur à uenia? Non post septimam? Hunc numerum proponebat Petrus uelut abunde magnũ, quũ Iesus tertiæ duntaxat correptionis meminisset. Tunc Iesus ostendens in his quæ committuntur in nos, oportere nos esse facillimos ad ueniam. Non dico, inquit, ignoscẽdum usq; ad offensam septimam, sed usq; ad septuagies septimam. indicans nullum esse præscribendum numerum ignoscentiæ Christianæ, sed quotiescunq; resipuerit, qui peccauit, toties ex animo condonandam esse culpam. penitus eximens ex animo Christiano omnem ulciscendi libidinem. Atq; id ne quis existimaret esse durũ & iniquũ, Iesus adhibita similitudine docet esse æquissimum. Nam hanc non tam esse clementiã, quã pensationem. Etenim quum nos aliquando uicissim peccemus in proximum. sed multo tum crebius, tum grauius in deum in quẽ quoties delinquimus, hoc grauius peccamus. quo maior est is, in quẽ peccamus, quoq; maiora ab illo beneficia cepimus, indignissimus, qui ueniã ipetremus uel à proximo uel à deo. quel mulies peccãti cõdonat, si modo resipiscat, si fratri tãto leuius peccanti grauemur offensam remittere. præsertim cũ deus hac lege nobis ignoscat commissa nostra, ut illius exemplo prouocati, faciles & exorabiles simus in proximum. Ideo, inquit, regnũ cœlorũ

cœlorum simile est homini prædiuiti ac potenti. aut quum esset ingens familia, uisum est inire rationem cum seruis suis. Et cum cœpisset subducere rationem, repertus est quidam, qui debebat illi decem milia talẽtorum. Porrò cum summa maior esset, quàm ut debitor esset soluendo, dominus iussit & ipsum & uxorem & liberos, & quicquid habebat rerum uenundari. ut ex conflato pretio satisfieret creditori. Seruus aũt ille supplex accidens ad genua domini. Quæso, inquit, ut mihi spatiũ aliquod conædas, & progressu temporis omnia tibi resoluam. Porrò dominus misertus serui supplicis ac prouoluti, plus indulsit quàm ille petierat. Non solum enim illum non produxit in forum, uerum etiam condonauit illi totam summam. Porrò seruus ille iam liber, quum esset digressus à conspectu domini sui, forte fortuna obuiũ habuit quendam è numero conseruorum suorum, qui debebat illi pauxillulum pecuniæ, nempe denarios centum. hic oblitus dominicæ erga se clementiæ, protinus iniecta manu trahere cœpit miserũ, dicens. Solue quod debes. Ille conseruus ad conserui genua procidens, totidem uerbis obsecrabat eum, quot ille dominum. Patienter age mecũ, & omnia resoluam tibi. At creditor inexorabilis, repulit suppliæm, & pertraxit in carcerem, donec reddidisset quod debebat. Porrò cæteri conserui, qui uiderant miram clementiam domini in seruum, ubi uidissent tantam crudelitatem conserui in conseruum, dolore graui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

commoti, rem omnem denarrant domino. Ibi dominus accensus ira, reuocauit ad se seruum, cui condonarat omnia. Serue, inquit, male. non ne ego dominus tantam summam tibi condonaui. non ob aliud, nisi quod supplex rogares me? Non igitur par erat, ut tu conseruus conseruo paululũ pecuniæ condonares. & supplicis misereris, quemadmodũ ego tui misertus eram? Certe mea in te tam recens lenitas te docere debuit lenitatem in conseruum. Iamq; dominus implacabiliter iratus, tradidit eum tortoribus seruandum in carcere, donec resolueret totam summam prius cõdonatam. Ad hãc imaginem uobiscum aget pater uester cœlestis. Illi nemo uestrum non debet plura, in quem nemo non frequenter delinquit. Peccant & homines in homines, sed longe leuiora. Quod nisi quisq; fratri suo remiserit leuiores offensas in se commissas, & remiserit ex animo, pater non solum non condonabit uobis in se commissa grauiora, uerum etiam quæ condonarat, reuocabit. Caput XIX.

HIs sermonibus ubi Iesus ad beneficentiã erga simplices, ad lenitatem erga delinquentes instruxisset suos, relicta Galilæa, recepit sese in fines Iudææ trans Iordanem, uelut occurrens ad futuram mortem, quam clanculum moliebantur pharisæi. Atq; cõ quoq; sequuti sunt numerosi greges hominum, deportantes secum uarios ægrotos. & sanauit eos illic. Ac rursus uisis tot prodigijs, & studio multitudinis erga Iesum, recruduit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eruduit phariſæorum inuidia. Qui callide & inſidioſe adorti ſunt illum, occaſione captata ex ſermone, quo prius docuerat, non eſſe repudiandam uxorem. Proponunt igitur cornutum problema. num phas eſſet, quacunq; de cauſſa repudiare uxorem. Qui ſi reſpondiſſet eſſe phas ſecum pugnare uideretur, quum docuiſſet non licere repudium. Si negaſſet, uideretur aduerſari legi Moſaicæ, quæ permittit, quauis de cauſſa, dare repudij libellum, ac dimittere. At Ieſus ita temperat reſponſum, ut nec Moſi lædat autoritatem, nec ſuum dogma recantet, & phariſæis legis peritis autoritate legis os obturet. An non legiſtis, inquit, quod quum deus conderet hominum genus, ſic inſtituit primum coniugium, ut unus uni indiſſolubili copula iungeretur? Ex eadem enim maſſa finxit maſculum & fœminam, ut horum complexu propagaretur humanum genus. Ac mox copulam indiuulſam exprimens mariti & uxoris, adiecit, non Moſes, ſed ipſe conditor deus. Huius mutuæ charitatis gratia, deſeret homo patrem & matrẽ, & adglutinabitur uxori ſuæ. Tamq; erit arcta conuunctio, ut è duobus quodammodo fiat unus homo, qui prius fuerant duo. Itaq; ſemel matrimonio iuncti, iam non ſunt duo, ſed unum corpus. ut tam præter naturam ſit uxorem à uiro diuellere, quã membrũ à corpore reſcindere. Quod igitur deus tam arcto uinculo ſemel connexuit, ne ſeparet homo. Hic phariſæi iam anſam datã arbitrantes, qua Ieſum prehenderent.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Si deus, inquit, hoc uoluit quod interpretaris, quur igitur Moses fecit ius maritis, qualibet de caussa abijcere uxorem, modo dent illi libellũ repudij? Qua fronte ausus est permittere, quod deus fieri noluit? Respondit Iesus. Non hoc uobis permisit, quod rectum esset natura, sed saeuis duriciam cordis uestri, leuius malum indulsit ne grauius à uobis committeretur. Neq; enim is probat diuortium, qui hoc maluit admitti, quàm homicidium. Nec hoc efficit libellus repudij, ut rectum sit repudium sed testis est tuæ duriciæ, qui quamlibet leui de caussa expellas coniugem, & illi prospicit de nouo marito, tibi ius adimens, ne reuoces repudiatam. Verũ ab initio, quum nondum increuisset hominum malicia, nec adhuc tot uitijs esset infecta natura mortalium. quoniã non erat tam atrox odium, ut uenefica timerentur, aut homicidia, non erat repudij licentia. neq; nunc relaxabitur idem ius, posteaquàm Euangelica doctrina renouat ac perficit naturæ syncritatem. Moses idem optabat, quod ego doceo. sed mores uestri nimium ad homicidium propensi deterrebant illum, ne auderet hoc à uobis exigere. Ego qui non irrito legem, sed absolutiorem reddo, planè dico uobis nephas esse, & præter mentem dei, & præter uoluntatem Mosi. quod uulgo facitis, quauis de caussa repudiantes uxores uestras. Nec enim ideo rectum est quod facitis, quia facitis impune. Multa sunt apud deum flagitiosa, quæ legibus humanis non puniuntur. Proinde sicuti, quod

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quod quisquis ob quamlibet caussam abiecerit uxorem, & alteram duxerit, adulterium committit. nisi forte quã repudiat, adulterio commerit repudium. Nam quæ alteri uiro sui fuit copiam, iam uxor esse desijt, & matrimonij ius ademit sibi, diuisa carne, quam deuinam & indiuisam esse uolunt. Sed qui talibus de caussis repudiarit uxorem, qualibus suos subinde repudiatis, si se iungat alteri, non matrimonium est, sed adulterium. Et qui sic repudiatam duxerit, non uxorẽ suam duit, sed alienã. & ideo non contrahit matrimonium, sed committit adulterium. Sed horum malorum summa redit in caput repudiatoris. Primum enim præfractus est, & immitis, qui uitium uxoris nec ferre potuerit, nec uoluerit mederi. Deinde domo depulsæ, quæ sine marito non potest uiuere, caussam præbet adulterij committendi. His auditis disãpuli aiunt Iesu. Si hæc est conditio maritorum, ut ab uxore si displiceat, non possint absolui, præstat abstinere à matrimonio. Dura siquidẽ seruitus est domi ferre morosam, rixosam, temulentam, aut alio simili uitio molestam mulierem. Iesus non improbat quidẽ responsum disãpulorũ, quos propter Euangelij prædicationem capiebat esse liberos à matrimonij seruitute. uerum subindicat, non esse tutum uitare matrimoniũ. nisi si quis ita firmo sit animo, ut possit in totum temperare à coitu. Per paucos aũt esse qui possint. Propterea quod hic affectus corporis sic omnium est communis, ut non alius sit uio-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lentior, aut inuinabilior. Quanquam igitur liberius est non illigari matrimonio, tamen tutius est intra coniugij canœllos contineri, quàm uago concubitu pollui. Iesus igitur subindicans quid esset optimum, & hunc inuitans, præmio libertatis. non audet tamen exigere, quod quodammodo uires excedit humanas. Non omnes, inquit, capaces sunt huius sermonis. sed hij duntaxat, quibus hoc datum est diuinitus, quos tantus habet ardor Euangelicæ sanctimoniæ, ut hunc etiam affectum sponte, uolentes q; negligant. Nec enim alioq laudẽ habet, quamuis castus cœlibatus, nisi fuerit susceptus studio pietatis Euangelicæ. Sunt enim eunuchorum tria genera. Vnũ eorum, qui sic nascuntur, qui uitio naturæ frigidioris abhorrent à re uxoria, aut alio quopiam occulto naturæ affectu. Alterum eorum, quos exceuerunt homines. horum castitas nullam meretur laudem, quod à necessitate profiscatur, non à studio uirtutis. Sed habet Euangeliũ & suos eunuchos planè beatos, qui neq; natura spadones sunt, neq; ab hominibus execti, sed ipsi seipsos castrarunt propter regnum cœlorum. non amputato corporis membro, sed ob amorem Euangelij, deuicto affectu reiuxoriæ. Videtis palmam in medio positam, certet qui uolet, quiq; suis fidit uiribus, auferat brauium qui potest. fortiter, & ultro certantibus, non deerit fauor Agonothetæ. Quoniam de puritate uirginea fuerat sermo, deq; sublimitate uirtutis heroicæ, quæ paucis contingat,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tingat, tanquam per occasionem offertur exemplum, simul & absolutæ puritatis, & summæ modestiæ, sine qua uirginitas nihil promeretur laudis. Aderant parentes, q̃ cupiebant infantes suos offerre Iesu, ut eis manus imponeret, & pro ipsis deprecaretur. existimantes fore, ut quemadmodũ uiderant illius contactu fugere morbos, ita Iesu contactus seruaret eos à morbis, ruinis, dæmonio, cæterisq; malis, quibus ætas illa sæpenumero perit. At discipuli, qui quanquam toties audissent de summa modestia, nondum tamen penitus exuerant humanos affectus. existimantes indignũ magnitudine domini sui, infantiũ ac matrũ improbitate detineri lassariq;, prohibebant accedere cupiẽtes. Hos animaduertens Iesus, quo magis ac magis infigeret animis suorũ Euangeliam modestiam, quæ nullũ quantumuis humilem fastidit. Sinite, inquit, ut pueri ad me perferantur. neq; prohibete, quo minus me adeant. Etenim q̃ horũ sunt similes, mihi gratissimi sunt. quos tametsi mundus habet despicabiles, ego tamen non alios dignor regno cœlorũ. Quod his præstat natura, hoc in uobis præstet pietas oportet, si uelitis admitti in regnũ cœlorum. Adducti sunt igitur paruuli ad Iesum, & ille imposuit illis manus, sacri corporis contactu uirtutem occultam infundens puellis, ob simplicem parentum fidem. Quo facto discessit illinc, re ipsa docens satisfaciendum quidem esse pusillis, sed nequaquam illis hærendũ, quin magis properandũ ad perfectiora.

Tũc oblati sunt ei paruuli.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et ecce unꝰ accedẽs ait.

Et ecce pueris relictis, succedit adolescens, qui de perfectione loquitur. At Iesus quemadmodum in parvulis proposuerat discipulis suis imaginem simplicitatis ac modestiæ, ita in adolescente studioso quidẽ perfectæ pietatis, sed diuitijs onusto ponit ob oculos, quàm difficile sit, eos qui diuitijs seruiunt, eniti ad perfectionem euangelicæ pietatis. quantoq; sint expeditiores, ad euangelicum negotium, qui nihil, aut quàm minimum huius mundi possident. quanquam paupertas, & opulentia, non tam in possessionibus est sita, quàm in affectibus. Erat adolescẽs animo religioso præditus. sed quoniã è Christo audierat ne scio quæ noua præcepta, adijt Iesum, & accidens ad genua ipsius, rogat eum dicens. Magister bone, quid boni faciam, ut uitam assequar æternam? Adolescens bonũ appellabat Iesum, blandimento captans illius beneuolentiã quum tamen nihil aliud esset suspicaretur illũ, quàm purum hominem, quanquam cæteris præminentem. Deinde quum de bono percontatur, nõ de quouis bono sentit, sed de insigni quopiã bono, quod promereatur uitã æternam. Atqui nullus mortaliũ absolute bonus est. ~~nec ullũ est opus hominis, quod ita bonũ sit, ut mereatur præmiũ æternæ uitæ~~. Iesus igitur excitans adolescentem, ut magnificentius de ipso sentiat, & auocat à fiducia operum suorum, ac uitæ spem potius colloçet in beneficentia gratuita dei, qui natura bonus, & gratis beneficus in omnes, respondit hunc in modum. Quid me bonum appellas, aut quid

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aut quid me percontaris de bono? Sed tamen si cupis admitti ad uitam æternam, serua præcepta. Quumq; adolescens rogasset, quænam essent illa præcepta. Siquidem audierat illum docentem præcepta legis Mosaicæ, non esse satis ad consequendum regnum cœlorum. Iesus ut omnibus eximeret legis fiduciam, respondit. Non occides. non committes adulterium. non facies furtum. non dices falsum testimonium. Honora patrem tuum & matrẽ. & diliges proximũ tuum, sicut teipsum. Tum exhilaratus adolescens. Hæc, inquit, omnia seruaui à puericia mea. Quid igitur præterea mihi deest? Expectabat ut Iesus responderet illi, nihil deesse. Sed dominus ostendens quantum intersit inter iusticiam Iudaicam, & Euangelicam. inter bonum Iudæum, & bonum Christianum. Si uis, inquit, perfectus esse, uade, ac diuenditis omnibus quæ possides, distribue pecuniam pauperibus. non perdes opes tuas, quamuis in multos dissipatas. Sic dissipare, recondere est. Nam pro terrenis opibus habebis meliorem thesaurum in cœlis. Hoc ubi feceris, iam expeditus, ac nudus ueni, me nudum sequuturus. Quum ait Iesus. Si uis, ostendit negocium arduum esse. sed adiecit præmium. Habebis thesaurum in cœlis. Mox ad studium perfectæ pietatis hortatur. Veni sequere me. Hunc sermonẽ quũ audisset adolescens, abijt animo deiecto mœstoq;, qd' dominus esset multarũ possessionũ, quas durũ existimabat semel uniuersas relinquere. Auebat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

adipisci uitam æternam, ambiebat perfectionis honorẽ. sed hunc affectum ueluti bonum semẽ obruebant spinæ diuitiarum. Itaq; mœstus abijt domũ, nequaquam intelligens Iesum damnare non diuitias, sed affectum & amorem earũq; diuitiarum, quibus uix possunt non esse obnoxij, qui eas possident. Neq; enim semper uoluit eas relinqui, sed tamen semper contemni. relinqui etiam, si quando nos auocent ab euãgelica pietate. Adolescente digresso, Iesus conuersus ad discipulos suos. Nam illis hoc spectaculum ædiderat, ne quando pœniteret paupertatis suæ, aut tenerentur amore pecuniæ. Quàm, inquit, difficile est, diuitem ingredi regnum cœlorum. Significans ægre conuenire studium opulentiæ, & studiũ euangelicæ philosophiæ. quod hæc totum requirit hominẽ, illud ferè maximam hominis partem sibi uindicet. Atq; ut magis exaggeraret rei difficultatem, discipulis admirantibus, adiecit. Quin & amplius dico uobis. Facilius est ut camelus transeat per foramen acus, quã ut diues ingrediatur regnum cœlorum. Siquidem humilis & angusta est porta, nec recipit camelos opum sarcinis onustos. Sic enim notauit diuites auaros, quibus diuitiæ magis sunt oneri quã usui. ut quas alijs baiulant potius quã sibi. Hic sermo quia nõ satis intelligebatur ab apostolis, iniecit & illorũ animis mœstitudinem quandam, qd' dolerent tot hoĩes diuitiarũ gratia secludẽdos à regno cœlorũ. Quum igitur uehementer admirarentur discipuli,

puli, quid sibi uellet hoc qd' dixerat Iesus de camelo et foramine acus. rogant illum, si sic habet res, quis igitur poterit saluus fieri? Quotus enim quisq; est mortaliũ, qui aut abijcere possit diuitias quas habet, aut nõ optare si nõ habet? At Iesus intuitus illos, quo leniret conceptũ animo mœrorẽ, ostendit nonnullã esse spem diuitibus quoq; pueniendi in regnum cœlorũ. Apud homines, inquit, hoc impossibile est, nõ minus quàm ut camelus eat per foramẽ acus. sed apud deum nihil est impossibile. Solus ille mutat animos diuitũ, ut alacres etiã uel abijciãt qd' possidẽt, uel possideant, tanq̃ cõmunes nõ ꝓprias, semper parati relinquere, si quãdo id postulet Euangelij negotium. Quur enim ægre contẽnant opes, qui nõ grauãtur & uitam impendere? Hic sermo quẽ adolescenti dixerat Iesus. Vende quæ possides, & sequere me, nonnihil bonæ spei conciliauit Petro, qui quanquã diues non fuisset, tamen hoc ipsum quod habebat alacer reliquit, nauim & retia, ac dominum fuerat sequutus. Domine, inquit, ecce nos feãmus quod ab adolescente flagitabas. reliquimus omnia, & sequuti sumus te. quid igitur erit nobis præmij? At Iesus ostendere studens hanc eximiã laudem non solũ patêre diuitibus, uerumetiã tenuibus. qui quicqd, hoc est, qd' possidẽt, libẽter habent pro derelicto ob Euangeliũ, quum hæc uirtus magis æstimetur ab affectu relinquẽtis, quàm à modo rei relictæ, nõ reuocat orationẽ Petri, pro re magnificentiorẽ, sed docens,

pro uili-

pro uilibus illis prompto animo relictis, non uile præmium esse reponendum, ait. Illud confirmo uobis, quod uos qui præter scapham & retia, mea causa nihil reliquistis. sed tamen hoc animo, ut opes quantumuis magnas mea causa fuerites relicturi, & nudi nudum estis hactenus sequuti, si perseueraueritis, in futuro seculo, quum reuixerint mortui, dabitur q; cuiq; pro suis meritis præmium, iam q; filius hominis, deposita, quam nũc uidetis humilitate, consederit in sede maiestatis suæ. uos quoq; piscatores, tum consortes honoris, qui nunc estis consortes afflictionum, sedebitis in duodecim sedilibus, & iudicabitis duodecim tribus Israëliticas. quod ex eadem stirpe progeniti, eiusdem legis periti, ijsdem miraculis ac beneficijs prouocati, tamen nulla ratione perduci potuerint, ut crederent, quum uos humiles & idiotæ statim ad simplicem uocis iussum, etiã illa reliqueritis, quibus uitam sustentabatis. Neq; uobis solũ hoc præmij continget, uerumetiam quisquis hominũ ob mei nominis professionem reliquerit domum, fratres, aut sorores, patrem aut matrem, uxorem aut filios, agros, aut aliã quamcũq; possessionem, adeo nõ perdet, qd' mea causa reliquit, ut magno potius lucro sit fœneraturus. Siquidem & in hoc seculo pro relictis centuplum accipiet, et in resurrectione uitam æternam possidebit. Nam pro relictis caducis, ac uilibis possessionibus, & hic interim possessurus est pretiosum illud margaritum euangelicæ

mentis,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mentis, nullis huius mundi merabus æstimandum. pro una domo relicta, toto orbe plurimas domos uobis aperiet Euangelij doctrina. Pro unico fundo plurimi fundi seruient uestris usibus. pro unico patre aut matre tot habebitis, quot senes aut anus conuerteritis ad pfessionem euangelicã. Tot habituri fratres, sorores ac filios filiasq; quot æquales aut minores uestra prædicatione perduxeritis ad uitam æternã. Hi passim & ultro suppeditabunt, si quid opus fuerit, longeque uincent eorum affectus, quos nobis sola sanguinis propinquitas coniunxit. Arctior est enim euangelicæ societatis cognatio, quàm carnis affinitas. & uehementius amat, quem conciliauit pietas, quàm quem adiunxit natiuitas. Huic satis amplo præmio adijcietur & illud, omniũ longe maximum, ut pro rebus mox perituris uitam æternã possideatis. Non hæc dico, qd' euangelica pfessio doceat esse spernendos eos, quos nobis natura coniunxit. sed huiusmodi affectus negligendos, quoties auocant nos ab æternæ salutis negocio. Hæc tanta felicitas omnibus ex æquo proposita est. Non est discrimen fortunæ, conditionis, ætatis, aut personæ. Sed in hac æstimatione, quæ fiet ab æquo iudice deo, multi tenebunt postremas, q nũc uidentur tenere primas. Contra multi qui nunc humiles, nihiliq; uidentur hominibus, illic erunt primi. Præferetur meretrix scribæ, publicanus pharisæo, ethnicus Iudæo, pauper diuiti, agricola regi. & qui uidebantur esse

Multi autẽ erunt primi nouissimi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

esse proximi regno cœlorum, postremi ingredientur. & qui procul abesse uidebãtur, priores introibũt. Ethnia fide anteuertent, synagoga propter incredulitatem submouebitur.

CAPVT XX.

QVoniam autẽ ænigma uidebatur quod dixerat de primis & nouissimis, explanat parabola, qd' dixerat. qua declarat diuersis ætatibus homines fuisse uocatos ad cultũ iustiæ, omnibus tamẽ iustiæ cultoribus idem esse præmiũ æternæ salutis. modo uocati gnauiter laborarint in uinea iustiæ. Neq; enim minus habent qui uocati sunt tẽpore Christi, quàm qui tẽpore Abrahæ, aut Mosi, aut Dauid. Neq; minus habẽt qui senes trahũtur ad cultum Euangelij, quàm qui pueri aut iuuenes. Omnibus idem datur denarius æternæ uitæ. Et tamen qui serius uenerunt, hoc uidentur honoratiores, quod domini liberalitas eos æquat his, qui prius uenerãt. Iudæi prius uocati sunt, sed tamẽ gentes post uocatæ non solũ æquatæ sunt illis, uerumetiã antepositæ Iudæis incredulis. Parabola sic habet. Simile, inquit, est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui summo diluculo prodijt in publicum, ut cõduceret operarios in uineã suam. Et nactus aliquot, pactus cum eis, ut singuli singulos acciperent denarios pro opera diurna, misit illos in uineam suam. Rursus exijt circa horam tertiam, quumq; uidisset quosdã in foro stãtes ociosos, dixit illis. Ite & uos in uineã meam. & qd' iustũ fuerit, reddã uobis. Rur-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bis. Rursum exijt circa horam sextã, atq; iterum ad horam nonam, & idem fecit, quod fecerat hora prima ac tertia. Rursum ad horam tertiã, uergente iam die, egressus, repperit & alios quosdã in foro, qbus dixit. Quid hic statis totum diem ociosi? Aiunt. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite & uos in uineã meam. Porro sub noctem, dominus uineæ mãdat Pauratori suo. Voca operarios omnes, ac solue illis mercedem. sic ut â nouissimis inchoãtes, puenias usq; ad primos. Vocati sunt igitur cõm primi, qui postremi uenerãt, hoc est, ad horam undecimã. minimũq; diei laborarant in uinea. & datus est singulis denarius. Hoc quũ intellexissent hi, q summo diluculo fuerãt uocati, existimabant se, quia tãto priores uenerant in uineã, pro temporis portione mercedẽ amplioren accepturos. Sed datus est & horũ cuiq; denarius. Itaq; quũ sibi uiderent æquatos in præmio, qui non fuerant pares in tẽporis spacio, abeuntes murmurant aduersus dominũ uineæ, dicentes. Hi qui uenerunt ad horã undecimã, nõ laborarunt nisi unã horã, & illos in præmio nobis æquas. qui & totũ diem pdurauerimus in labore, & æstum meridianũ pertulerimus, quum isti uenerint sub uesperam refrigerato iam æstu. At paterfamilias uni cuidam illorum, pro omnibus respondit. Amice, quur inuides alijs benignitatẽ meam? Mea in alios gratuita liberalitas te non lædit. Nullam cui iniuriam facio tibi. Nonne sic pactus sum tecum, ut pro opera diurna,

denariũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

denarium acciperes? Præstitisti operã, habes merædẽ pactam. nihil tibi rei meum est amplius. Tolle quod tibi debetur, & abi. Merænarius huc conductus es, ut præstares operam, non ut mihi præscriberes, quid faciam. Sic mihi uisum est, ut huic qui postremus uenit, tãtum merædis dem, quantum tibi. De tuo nihil decedit, si quid huic additur ex mea liberalitate. An mihi liberũ per te non erit, de meo quod uolo facere? An ideo oculus tuus liuore torquetur, quia me uides benignũ in eos, in quos lubitum est? Hanc similitudinem adduxit Iesus, uolens illorum animis infigere quod deus natura beneficus in omnes, uarijs modis, ac uarijs ætatibus, non cessat inuitare mortales omnes ad cultũ ueræ pietatis. In qua qui se gnauiter exercuerint, ijs præmiũ esse uitã æternam, à qua nemo secluditur, qui modo uocatus audiat. Hoc præmiũ ut non debetur omnino meritis nostris, sed potius beneficentiæ diuinæ, tamen non contingit à tra conatum nostrum. Quanquã hoc quoq; debemus uocanti, quod ad cultum pietatis accedimus, quod in eo perseueramus, usq; ad diei uesperam. Nam qui uocati recusant ire in uineam, frustrantur ipsi se suo præmio. Quanq; autem inter sanctos, nec est liuor, nec murmuratio aduersus deum, tamen huiusmodi dictis expressit summũ honorem, qui nouissimus est habitus, ut in præmio locũ primum sortiretur. Quæ dignitas tam insignis est, ut merito quis possit inuidere? Quanquam & boni Iudæi

primum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

primũ murmurabant aduersus gẽtes, quod ex maiori=
bus idololatris orti, à lege Mosaica prorsus alieni, deniq;
miraui ãsi, subito pares haberentur ipsis in Euangelij
gratia, & ad eandem salutem admitterentur, nullo le=
gis onere grauati, quum ipsi diu uersati in obseruationi=
bus Mosaicis, nihilo potiores eßent, q̃ ethnici, modo uita
prorsus impia, ad Euangelij professionem admissi. Plus
igitur gentibus cõdonatũ est, sed nõ ideo Iudæis est quod
cum deo expostulent, quum liceat & ipsis ad eam felicitatem pertingere. Quod si malint inuidere, quàm imitari, sibi imputent, quod ob incredulitatem reijciuntur, gentibus ob fidei promptitudinem aßequẽtibus, quod illi sibi solis deberi credebant. Statim igitur properet, quisquis uocatus fuerit, alioqui frustra fuerit uocatus, nisi det operam, ut sit etiam electus. Ac nulli non uocantur, sed paucì merentur, ut sint inter electos. Proinde Iesus parabolam hac clausula finit, qua fuerat exorsus. Sic erunt nouissimi, qui primi fuerant, & primi, qui nouißimi. Nam multi quidem sunt uocati, pauci uero electi. Post hæc Iesus aliquandiu uersatus in Galilæa, cœpit propius ad mortis suæ locum accedere, Hierosolymam profiscens. Quumq; iam discipulos suos, multis modis instruxisset, de contemnendis diuitijs, de negligendis parẽtibus, & cognatis, de castitate, de singulari modestia, de præmijs quæ manerent illos etiã in hac uita, seduxit apostolos suos duodecim secreto, uelut hos selectos duxißet

Et ascendẽs Iesus Hierosolymã.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

idoneos, quibus crederetur mysteriũ cruãs, quod turba nondum potuisset capere. Quanq̃ & populo prædixit mortem suam, quum loqueretur de Iona, et templo soluendo, codemq; in triduo instaurando, sed ita prædixit, ut non ante intelligerent quid esset dictum, quam posteaquàm uiderent factum. Discipulis uelut firmioribus iam semel atq; iterũ aperuerat arcanũ suæ cruãs, alsq; inuolucro loquens. Sed quoniam facile obliuiscuntur homines, quod non libenter audiunt, nec facile demittũt in pectus, à quo adhorret animus, dominus Iesus quo suos confirmaret, ad tempestatem imminentẽ, clarius etiã ac distinctius aperit illis non solum instare mortem, uerũ ludibria & afflictionẽ, quæ sæpenumero sunt ipsa morte grauiora. Ecce, inquit, adimus Hierosolymã, & filius hominis prodetur primarijs sacerdotibus, ac scribis, qui iam dudũ illi struunt insidias. Neq; cõquiescent illũ criminari, donec adigant ad condemnationem capitalẽ, & tradent eum gentibus ut illudant illi, ut flagellent, ut cõspuant, et in cruce suffigant, atq; ille mortuus ac sepultus, tertia die resurget. Interea filij Zebedæi, Iacobus & Ioannes quoniã audierant Petro tributas claues regni cœlorum, audierant de honore duodecim sellarum, rudes adhuc, & humana quædã somniantes, quum statim à resurrectione uenturum hoc regnum, & hos honores quia dixerat, tertio die resurget, quo sibi quoq; præcellentem aliquam dignitatẽ impetrent, subornant matrem

quæ

quæ pro filijs interpellet Iesum. Quæ quũ adoraßet eũ obtestans, ne sibi negaret quod peteret, rogata quid uellet, ait. Iube, ut sedeant hi duo filij mei, alter ad dexterã tibi, alter ad læuam, in regno tuo. Iesus conuersus ad filios à quibus sæbat matrem esse subornatam, respondit illis, Nesãtis quid petatis. Delectat uos mentio regni, qd̃ ipsum longe aliud est, quàm somniatis, sed in præsentia magis agendum est de afflictione, deq; cruce, qua est iter ad regnum. Præpropere postulatis brauium quũ prius certandum sit. Iam aperui quid mihi sit ferendum. Potestis ne bibere de poculo de quo ego bibiturus sum? Potestis ne tingi tinctura, qua ego tingendus sum? Illi nondum gnari uirium suarum, sed præ auiditate quod petebant impetrandi, temere uerius quàm fortiter respondẽt, possumus. At Iesus accepit quidẽ, quod se diceret eße promptos ad imitationem suæ crucis, sed de præmio, quoniam non intelligebant, quid peterent, quoniam non erat illius temporis, negat hoc eße suum dare ipsis, sed eam dignitatem, non obuenturam nisi ijs, quibus hoc datum eßet à patre, ut insigni uirtute primum locum mererentur, uideliet, ut omnibus adderet stimulos ad summa contendendi, Caliem quidem, inquit, meum bibetis, cæterũ ut sedeatis, alter ad dexterã mihi, alter ad læuam, non est meũ dare his aut illis, sed hoc ijs continget, quibus datũ fuerit à patre meo. Vt quisque certauerit, ita feret præmium. Hæc quum ex interuallo audißent cæteri decem,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

indignati sunt duobus fratribus, quod immodicam dignitatem sibi postulaßent. Nondum acceperant spiritũ sanctum, adhuc humanis quibusdam ducebantur affectibus ambientes, & inuicem subinuidentes. Atq; his affectibus Iesus diu passus est suos eße obnoxios, quo penitus eos eximeret ex animis omniũ, qui in apostolorũ uices essẽt succeßuri. Putabant autem et gaudebant ideo postulationem Ioannis et Iacobi fuisse reiectã à domino, non quod carnalia quædam somniarent, quum ageretur de regno spirituali, sed quod honorem petißent, meritis suis maiorem, quem alij sibi potius deberi putabant. Iesus igitur sicut retudit ambitionem stulte postulantium, quod nescirent quale esset quod postulabant, ita liuorem et indignationem cæterorum repreßit, ex eodem ambitionis fonte scatentem, aperiens longe diuersam esse rationem regni mundani, et regni Euangelici. Illic enim qui minor est premu tyrannide potẽtioris. Hic primatũ nihil aliud esse quàm summũ studium benefaciẽdi omnibus. Ibi ut quisq; superbißimus est, ita uideri maximum, hic nullum eße submissiorem animo q̃ qui maxime meretur esse primus. Hanc doctrinã ut omnium animis infigeret, uocauit & cæteros apostolos ad se. Satis, inquit, quod qui primapatum gerunt inter gentes, dominatum, ac tyrannidem exercent in illos quibus imperant, & qui primates sunt, potestatem suã exercent in sibi subiectos. Nam populi malo, suæ cõsulunt

autoritati

autoritati, eaq; aurant non quæ conducant multitudini, sed quæ faciant ad strepitum fortunæ gloriæq; suæ. At non conuenit itidem fieri inter uos, sed quicũq; uoluerit inter uos gerere principatum, sit omniũ minister, non sibi gerens honorem, sed populo cui præsidet. Et qui uoluerit inter uos habere primum locum, sit omnium seruus atq; infimus. Nec enim in aliud sumit sibi primũ locum, nisi ut omnium commodis inseruiat, nihil inde ucnans, nec honoris, nec compendij. Quod si uobis durũ uidetur, me uidete. Quũ enim dominus sim ac magister uester, & (ut uere profitemini) filius dei, tamen nõ arrogo mihi dignitatem, nec mea potestate abutor in cõmodum meũ, sed ideo ueni, ut omnium commodis subseruiã adeo ut nec uitam grauer impendere, quo iactura uni us animæ multas redimam. Inter hos igitur qui sunt hoc affectu, nec est quur quisquàm ambiat honorem, nec est aur quisquàm inuideat alteri dignitatem. Quis enim illi inuideat, qui nihil aliud studet, quàm alteri prodesse uel uitæ suæ dispendio. His etiam si defertur honor hunc non arrogant sibi, sed deo transcribunt. Quum autẽ unà cum discipulis exiret Hiericho, sequuta est illum hominum turba. Et ecce iuxta uiam sedebãt duo cæci, qui quum ex strepitu sensissent immensam esse multitudinem, et percontati quid nam esset, cognouissent adesse Iesum, qui illac faceret iter, quum illum uidere non possent, nec si uidissent, adire liceret præ turba, magna uo

Et egredientibus illis ab Hiericho.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cæ compellarunt Iesum dicentes, Domine miserere nostri Iesu fili Dauid. Dissimulauit clamorẽ illorũ Iesus, quò magis eßet omnibus perspicua fides & ardor illorum. Turba uidens Iesum ad clamorẽ nihil respondere, ac suspicans hoc illi molestũ eße, quod duo cæci mendici publicè sic occlamarẽt auribus ipsius, increpabat eos, iussitq; tacere. At illi constanti fiducia erga Iesum, quem audierant eße beneficum in omnes, clarius etiã uociferabãtur, ingeminantes, Domine miserere nostri fili Dauid. Iesus igitur ubi satis spectatã reddidißet oibus illorũ fidẽ, nosq; illorũ exemplo douißet, feruenter & cõstanter pulsãdas aures dei, si quid uelimus impetrare, cõstitit, quandoquidẽ illi sequi nõ poterant nisi clamore tantum, iussitq; illos uenire ad se. Ad uocem ueniũt. Rogat eos Iesus, quid sibi uellent tãto clamore, quidq; sibi uellent ab ipso præstari. Non ignorabat Iesus quid optarent, sed uiaũ quo tenebãtur uoluit omnibus esse notũ, ipsorũ cõfessione, quo ærior esset miraculi fides. Domĩe, inquiunt, uolumus ut per te aperiãtur oculi nostri. Hæc cũ magno dicũt affectu, declarãt sibi molestißimã eße cæcitatẽ. Et lua proximus est, quẽ uehemẽter tædet suæ cæcitatis. Tũ Iesus uultu quoq; & oculis præ se ferens affectũ misericordiæ, quo deæt unumquenq; uirũ euangelicũ indolesere malis alienis, tetigit oculos eorũ. Moxq; apertis oculis uiderũt, simulq; cũ cæteris sequuti sunt Iesum. Ita sanat animũ cupiditatibus mũdanis excæcatũ suo

contactu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

contactu Iesus, & in hoc datur lumẽ, ut illius sequamur

IESVS igitur progrediẽs (uestigia. CA. XXI.

Hierosolymã, hoc sedulo agebat cũ disãpulis, ut ãis illorũ infigeret se sãentẽ ac uolentẽ ire in mortem, neq; quẽq; noãturũ ipsi fuisse, si uoluisset resistere. Ideo toties iniucarat sibi eundũ Hierosolymã, et illic oppetendam mortẽ. Quod enĩ aliquoties uisus est se subduere ꝑiculo nõ erat formidinis, sed erat seruãtis se tẽpori præfinito à patre. Quod quũ tum adesset, nõ solũ nõ latitat, sed ultro se ingerit, & ita se ingerit, ut nouitate põpæ totius urbis ãios in se cõãtaret. Nec cessat interim à miraculis, nec cessat à ueritate prædicãda, qn et liberius ĩsectatur uitã pharisæorũ et negoãtores eijãt e tẽplo, qbus rebus sãiebat omniũ illorũ ãios uehementius irritãdos. Quos qa benefactis prouocauit in se, nõ illos fẽãt innoxios sed fãultatẽ dedit, ut qd'uolebant fãcere, possent etiã. Ergo iãuianus urbi Hierosolymorũ, uenit in mõtẽ oliuarũ, ubi uisum est instruere nouã aduentus sui pompã, qua fastũ huius mundi quodãmodo deriſit, et disãpulis adhuc infirmis, aliquod solatiũ præbuit hoc spectaculo, quo moderatius ferrẽt domini sui mortẽ. Ex hoc igitur monte legauit duos è disãpulis dicẽs. Ite, inqt, in oppidulũ, qd'nobis est ex aduerso, et statim ingressi, reperietis illic asinã alligatã, & pullũ cũ ea, aut nullus adhuc hoĩum insedit, soluite utrũq;, & adduãte huc ad me. Et si qs aliqd dixerit uobis, rogans, aut soluitis, quò, autũc adduãtis?

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nihil aliud respondete, q̃ domino his opus esse. Ad hanc uocem statim illi sinent abduci. Hæc partim ideo facta sunt, ut intelligerent illi nihil esse incognitum, & habere potestatem imperandi quibuscunq; uellet, & quicqd uellet, si uoluisset utiuiribus suis. Partim ut Iudæi uel hoc argumento agnoscerent illum esse Messyam, quod uiderent hũc nouum ingressum olim à Zacharia prophetæ fuisse prædictum. Sic enim ille uaticinatus est, Dicite filiæ Sion. Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus & humilis, insidens asinæ, & pullo filio subiugalis. Abiere discipuli, compereruntq; quicquid ipsis prædixerat Iesus. Statim ad mentionem domini, dimissa sunt iumenta, quum nec dominus adesset, nec discipuli quicq̃ autoritatis præ se ferrent. Non nouerant quidem, sed tamen senserunt illum omnium dominum hoc iubere. Discipuli quo commodius sederet dominus, instrauerũt pallia sua atq; ita collocarunt eum in tergo pulli, qui typum habebat Ethnicæ nationis immũdæ, & oĩbus malis aspiditatibus turpiter seruientis, q̃ cõrecta uirtutibus apostolicis, et receptio in tergũ domino IESV, desijt esse immũda, desijt seruire pristinis uitijs, facta iumentum eius, qui purgat & sanctificat oĩa. Hæc nondũ intelligebãt apostoli sed tamen hoc iam designabatur post intelligendum. Vbi uero Iesus iam uenisset ad radicem montis, ingens hominũ multitudo progressa est illi obuiam, ex Hierosolymis. Tantus autem erat turbæ quoq; fauor, ut plerique uesti=

pleriq; uestibus suis uiam consternerent, nonnulli ramos ex arboribus resectos, sternerent in uia. Porrò ca teruæ, quæ præcebant & quæ sequebantur, adgratulãtes acclamabãt illud è uatiãnio psalmi. Osana filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini. Osana in excelsis. Alij clamabant benedictũ quod uenit regnũ patris nostri Dauid. Alij benedictus q uenit rex Israël, laudabantq; deum pro miraculis, quæ uiderant edita per Iesum. Hoc honoris dominus Iesus, qui semper humilis uixerat, sibi passus est exhiberi, quo declararet sibi non defuturam fuisse gloriam huius mundi, nisi maluisset eam aspernari, quàm amplecti. Quo turpius uideretur hoc affectari, ab ijs q se discipulos illius profitẽtur, quod ille spreuit, qui solus promeruit. Decuit tamen bonos hic aduentum eius, qui morte sua redemptu= rus erat orbẽ uniuersum. Hac igitur noua pompa quum Iesus ingressus esset Hierosolymam, insolito spectaculo commota est uniuersa ciuitas dicens. Quis est hic? Turbe quæ illum comitabantur, respondebant. Hic est IESVS, ppheta, natus in Nazareth ciuitate Galilææ. Hoc illis uisum est præclarum elogium quum procul abesset ab illius magnitudine. ~~Nihil enim populus adhuc de illo suspicari poterat supra hominem. Et ita consulto Christus temperauerat uitam suam, ne palàm proderet diuinam naturam, quam frustra persuasisset, si uidissent illũ postea subire mortem.~~ Hoc igitur strepitu Iesus ingres=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sus stetem lum, atq; ibi mox regnum quoddam agere cœpit. Quum enim uideret in templo, mercatus ac fori speciem, alios uendentes, alios ementes, aßidentes nummularios, Iesus indignitate rei commotus, iuxta illud prophetæ. Zelus domus tuæ comedit me, facto è funiculis flagello, expulit omnes ementes, ac uendentes è templo unà cum suis mercibus. Mensas nummulariorum euertit, & æs in terrum effudit, sellas uendentium colũbas disiecit, indignationis suæ iustã causam ex Esaia proferens, qui ait sub persona dei. Domus mea, domus precationis uocabitur, uos aũt fecistis eam spelunam latronum. Hoc facto longe aliud significabat Iesus. Nec enim illum tantopere commouebat templũ illud merimonijs boum, ouium, hircorũ, & columbarum prophanatũ, sed ostendere uoluit, auaridam, & quæstum fore capitalem pestem ecclesiæ suæ, quam templum illud, auus religio mox erat abolenda, figurabat. Tum enim templũ quod immolandis deo uictimis spiritualibus consecratum est, uertitur in spelunca latronũ, quando sub prætextu religionis ac sacerdotij spoliatur populus. Nihil autem illic sancerũ ac sanctũ esse potest ubi regnat pecuniæ studiũ. Atq; hoc malũ iam fit intolerabile, quãdo sub tecto templi cõmittitur. quando rapina tegitur religionis umbra. In nullum hominũ genus acrius sæuijt Iesus, sed hos ipse sibi seruauit cijaẽdos, quũ uidebitur. Tum acceßerunt ad Iesum in tẽplo cæci et claudi, quos lex arcebat ab in

greßu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gressu templi. Sed Iesu templũ omnes recipit qui properant ad sanitatẽ. Venerũt enĩ cæci ut uisu recepto, uiderent Iesum, quẽ audiebãt sic prædicari. Venebãt claudi, ut illius uestigia sequẽtes, peruenirẽt in regnũ cœlorum. Quotquot igitur adibant illũ, sanabat. His rebus, quibus oportebat illos tandẽ resipiscere, magis etiã exarserũt inuidia primores sacerdotũ, et scribæ, quum uiderent tãtis studijs undiq; applaudentẽ populũ, præsentem uim in sanãdis claudis et cæcis, autoritatẽ in eijaendis meræmonijs, nemine auso resistere, pueros etiã in tẽplo clamantes. Os ana filio Dauid. Hæc indigne ferẽtes submeuerũt Iesum ut eũ clamorẽ cõpescaret, alioqui fore, ut uideretur agnoscere, tãtũ honoris, quo iudicabãt illum indignũ, quũ magis ipsorũ fuerit, ipsum magnificentius prædicare. q natu grãdes, ac legis et oraculorũ periti, ex cõspectis tot miraculis intelligere poterãt hũc esse Messyã, quem tot seculis expectauerũt. Nũc pueri ~~natu~~ ~~rae instinctu, uel potius~~ afflatu numinis, hoc sonabãt qd' intelligere per ætatẽ non poterãt. Proinde cæci inuidia & ira emulẽti dicũt illi. Audis quid isti dicũt? At Iesus scripturæ testimonio illis os obturaturus. nunquã inquit, legistis. Ex ore infantũ, et lactentũ perfecisti laudẽ? Vultis igitur ut his occludã ora, quæ deus ad laudãdã gloriã suã aperuit? Dico uobis adeo deus nõ patietur, p uestrã inuidiã silere laudes suas, ut si isti tacerent, lapides ipsi sint clamaturi, qbus uos estis duriores. His igitur cũ suo

liuore

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

liuore relictis abijt Iesus, & egressus urbem Hierosolymorum petijt Bethaniã, Atq; ibi commoratus est. Mane quum rediret in ciuitatem inter eundem cœpit esurire. Quumq; uidisset arborem ficum proximam uiæ, accurrit ad eam, quasi sperans cibum. Quũ autẽ uenisset ad eam nihil inuenit in ea præter folia. Itaq; uelut indignans, quod spe deluserat, execratus est eam dicẽs. Nequis post hac ex te fructum uideat in æternum. Quũ aũt eadẽ redirẽt discipuli, uidẽtes ficũ ait ĩprecatus fuerat Iesus, iam folijs positis exaruisse, admirati sunt, dicentq; ei. Ecce ficus, quã execratus es iam exaruit. Atq; ob hoc ipsum Iesus id erat passus fieri, ut discipulis etiã atq; etiam inculcaret fidem, quæ nisi accederet, sãret, mortem quoq; suam infrugiferam fore mortalibus. Sitiebat enim maiorem in modum, salutem humani generis, & iam mortis tempus adesse cupiebat. Sed quum in Iudæis inuenire t speciem religionis, fidei fructum quẽ unice esuriebat, non inueniebat. Discipulis igitur admirantibus de ficu subito arefacta, respondit hunc in modum. Quid hoc admiramini, quod non est magnum, exaresceré arborem? Fidei uis maiora potest. Quam si fortem & constantem habueritis, non solũ facietis quod uidistis accidisse fieri, uerum etiam si dixeritis huic monti submouete de loco, & abi in mare, illico fiet quod iusseritis. Et omnino quicquid petieritis in precationibus uestris, modo adsit fiducia impetrabitis. Quum autem Iesus templũ

Et quum uenisset in templum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſus templum ingreßus docæret populum, non ferentes eũ illic in ſuo regno regnare impune. primores ſacerdotũ & quidam ex populi ſenioribus, adeunt illũ, & aiunt. Quanam autoritate faꝰis iſta? At quis tibi tradidit iſtã poteſtatem? Quum enim nullus hominũ illi tradidiſſet eam autoritatem, ſupererat ut aut diæret ſibi à deo traditam, aut à Beelzebub. Si dixiſſet à deo, uerum quidẽ dixißet, ſed nihil aliud quàm eos irritaßet. Non enim ideo rogant ut credant, quod ex ipſa re poterant perſpiære, ſed ut calumniarentur. Ieſus igitur huius rei non ignarus, quæſtionem quæſtione, ueluti clauum clauo repulit. Percontabor, inquit, & ego uos quiddã, ad quod ſi mihi reſponderitis, tum reſpondebo quæſtioni ueſtræ Autoritas qua baptizauit Ioãnes, unde uenerat illi è cœlo, an ex hominibus? At illi deliberabant apud ſe, quid eſſent reſponſuri. Videbant enim quæſtionem eſſe bicornem, ut in alterum cornu neceße eſſet incidere. Cogitabant autem, ſi dixerimus è cœlo, continuo diæt nobis, Quare igitur non credidiſtis illi, ſiquidem ille prædicauit regnum dei, & de me teſtimonium perhibuit. Sin dixerimus ex hominibus, metuenda eſt populi ſeditio, quod omnes perſuaſum habeant Ioannem fuiſſe prophetam. Itaq; ne carperentur, reſponderunt ſe neſcire. Tum Ieſus. Nec ego, inquit, dico uobis, unde mihi ſit hæc autoritas. At quoniã ſimplex ac manifeſta percontatio non potuit elicere confeſſionem ueri, proponit Ieſus aliã ſub ænigmate,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ænigmate, ut imprudentes contra se ferrent sententiam.

Quid autē uobis uidetur.

Quid, inquit, uobis uidetur de eo quod nunc propositurus sum? Cuidam erant duo filij. Is accedens ad alterū dixit. Fili, abi, & hodie operare in uinea mea. Ille proteruc respondit, nolo. Sed idem mox pœnitentia tactus, abijt in uineā. Pater itidem accedēs ad alterū ait. Abi, et hodie labora in uinea mea. Ille prōpte respondet, En abeo domine, nec abijt tamē. Ex his igitur duobus uter uidetur satisfeciße uolūtati paternæ? Illi non intelligentes, quorsum hæc tenderēt, responderūt. prior ille, qui mox resipiscēs abijt in uineā. Tum Iesus in ipsos retorquens parabolā. Profecto uere dico uobis, quod publicani, & meretrices præcedūt uos in regnū dei. Illi prius rebelles deo impia uita, tamē ilico tacti pœnitētia, obtēperarunt Euangelicæ doctrinæ. Vos qui titulo ac profeßione estis populus dei, quiq; & olim dixistis, et hodie dicitis oia quæcunq; dixerit dominus faciemus, quiq; semper habetis in ore præcepta dei, & templū domini, templū domini, templum domini, tot modis prouocati non potestis ad pœnitentiā permoueri. Venit enī Ioannes ostendēs uobis uiā iustiæ, et iram diuinā imminere, securim admotā arboris radicibus, ni statim resipiscæretis. Vidistis publicanos et meretrices, hoies uestro iudicio deploratos, obtēperarūt illi. Vos nec singulari Ioannis sanctimonia, nec illius minis, nec exēplo publicanorū ac meretricū prouocari potuistis ad pœnitentiā. Ita fit, ut illi fide

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

præripiant uobis regnũ dei, uos frustra deũ ore profi=
tentes, ob incredulitatẽ animi uestri, excludamini. Addi
dit alterã parabolã, æque obscurã, qua tacite recẽset, &
ob oculos ponit insignẽ illorũ ingratitudinẽ, qui tot dei
beneficijs prouocati, nõ solum nõ resipuerint, uerũ etiã
pphetas alios post alios, q̃ missi fuerãt, ut ad illorũ præ
dicationẽ aliquãdo resipiscerẽt, crudeliter truãdarunt.
Nec hoc contẽti, ipsum denuq; dei filiũ essent truadatu=
ri, idq; eiectũ è uinea, locũ obiter indicans, ubi erat cru
afigẽdus. Quo sermone declarat, et illorum inuinabi
lem malitiam indignã esse uenia, quum nihil esset omis=
sum quod illos ad meliorem mentem posset reuocare, &
se nihil ab illis passurum quod non præstiterit. Para=
bola sic habebat. Erat inquit, quidam pater familias,
qui plantauit uineam, ei arcũdedit sepem, et fodit in ea
lacum exãpiendo musto è botris expresso, et extruxit
in ea turrim ad uineæ custodiã, atq; ita pulchre instru=
ctam, locauit eam agricolis, ut bona fide colerent, red=
dituri fructus domino. Hoc facto profectus est peregre.
Cæterum cũ appeteret tempus colligendi fructus misit
seruos suos, ut ab illis acãperent fructus. At agricolæ
non solũ non dederunt fructus debitos, uerum etiã ser
uis iniecerunt manus, et alios pulsarũt, alios occiderũt
alios lapidarũt. Hoc cognito paterfamilias nõ statim uo
cauit eos ad suppliciũ, sed expectãs ut resipiscerẽt, misit
ad illos maiorem numerũ seruorũ, quàm antea miserat:

sperãs

sperans fore ut multitudine coërati, facerent officiũ suũ. At illi nihilo minus tractauerunt hos quoq;, quàm illos priores tractauerant. Tulit & hoc facinus paterfamilias, ac postremo quo uinceret eos lenitate sua, misit ad illos filium suum, dicens apud se. Quanquam sæuierunt in seruos meos, tamen reuerebuntur saltem filium meũ, quum eum uiderint adesse. At agricolæ, quo magis prouocabantur ad resipiscentiam, hoc magis irritabãtur ad sæuitiam. Quum enim uidissent filium, adeo non sunt illum reueriti, ut mox inierint consilium de occidendo eo dicentes. Hic est hæres, uenite occidamus eum, & occupabimus hæreditatem illius. Mox q; iniecerunt illi manus, et protractum extra uineam occiderunt. Quum igitur inquit, uenerit dominus uineæ, quid faciet agricolis illis? Respondent pharisæi. Malos male perdet, & uineam suam locabit alijs, qui bona fide reddant locatori fructũ tẽporibus suis. Sic illi decepti ænigmate ore proprio se se condemnant, pronunciantes sese ob inuinibilem animi prauitatẽ dignos esse supplicio, & merito gentes esse recipiendas ad Euangelij gratiam, meliore fide culturas uineam quàm illi coluissent. Sub hæc Iesus subindicans, se quidem illorum peruersitate damnatum ac reiectum, moriturum ignominiosa morte, cæterum resurrectione per uirtutem patris illustrandum per uniuersum orbem, tantaq; soliditate futurum, ut quisquis in ipsum impegerit, sibi sit exitium accersiturus. Ad hoc indicandum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

andum quo minus offendat, adduàt prophetiam è psalmo. Nunquam ne, inquiẽs, legistis in scripturis. Lapidẽ quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A domino factũ est hoc, & est mirabile in oculis nostris. Significans eos ædificare synagogam. sed eiecto Christo, sine quo nullũ esset firmũ ædificiũ, sed tamen illum reiectũ ab ipsis lapidem magno in pretio futurũ in ecclesia gentium. Eoq; subiecit Iesus. Ideo dico uobis, auferetur à uobis regnũ dei, quod oblatũ spernitis, & dabitur alteri genti, quæ dignos Euangelio fructus adferat. Atq; ut hic lapis salutẽ adferet ijs qui obediunt Euangelio. ita per incredulitatem repugnantibus adferet exitiũ Quisquis enim impegerit in lapidẽ hunc, confringetur. Rursus in quẽ ille inciderit, conteretur. Tandẽ ex huius sermonis clausula intellexerunt primores sacerdotũ et scribæ, quod supiores etiã parabolas, qbus decepti pronunciauerũt aduersus se sententiã, in ipsos dixisset. Eoq; exarserat eorũ uesania, ut iam fuerint illi iniecturi manus, ni metuissent populũ, quod à plerisq; magni fieret Iesus, ac prophetæ loco haberetur. XXII.

PORRÒ rursus aliam adijàt similitudinem, quo magis infigat animis illorum obstinata malicia fieri, quod reijciantur ab euangelica salute, quodq; gentes sint occupaturæ, quo illi se reddidissent indignos. Nullum enim excludi à regno dei, sed hoc honoris habitum esse genti Iudaicæ, quod primum omnium est uocata, & uocata blande,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cata blande, non ad tristia aut abiecta, sed ad nuptias, hoc est, honorem, delitias, ac libertatem Euangelij. Nec solum fuisse inuitatos per prophetam Ioãnem, & ipsum Christum, uerum etiam post mortem per apostolos esse uocandos. nec prius Euangelij præcones deflexuros ad gentes, quàm diu apud suos pro suo officio, multis ludibrijs ac pœnis fuerint affecti. Vt nulli queant imputare, quod postea tot calamitatibus puniantur, qui toties oblatam dei beneuolentiã spreuerint. Similitudo sic habet. Regnum, inquit, cœlorum per uos simile factum est cuidam regi, qui filio suo nuptiale conuiuium exhibiturus, emisit seruum suum, qui multos inuitaret ad nuptias filij sui. At illi semel uocati, nolucrunt uenire. Tum rex misit complures seruos, qui diligentius etiam illos inuitarent, ut properarent ad nuptias iam paratas, quiq; suis uerbis dicerent illis. Ecce prandiũ apparatum est, tauri mei & altilia mea occisa sunt, cæteraq; omnia parata sunt. Nihil superest nisi ut ueniatis, ne ista sint frustra parata. At illi rursum neglexerunt inuitantem. Et quũ instarent inuitatores, alius aliud excusabat. hic sibi uisendam uillam, quã nuper emisset. ille sibi boues inspiaundos, quos esset mercatus. alius sibi nuper ductam uxorem, à qua diuelli non sustineret. Atq; hi tantum sibi dementes erant, qui tam feliã conuiuio, prætulerint curas quasdam rerum fluxarum, uiles ac sordidas. Sed alij crudelitatem addiderunt ingratitudini. Seruos enim regios, qui

gios, qui semel atq; iterum inuitabant ad tantum honoris multis affectos contumelijs, tandem etiam occiderunt. Id factum, ubi rex audisset, uehementer est indignatus. uidelicet lenitate spreta, sese uertente in furorem. missisq; satellitibus suis, perdidit homicidas illos. nec hoc contentus, ciuitatem illorum succendit igni. Hæc aũt dixit Iesus tecte illis prædicens excidium urbis Hierosolymitanæ. moxq; innuit, undiq; uocatas ad Euangeliũ gentes, utpote Iudæis meliores. Tunc inquit seruis suis, Nuptiæ sunt paratæ. sed quoniã qui uocati sunt, declararunt se indignos hoc conuiuio, quod ipsis tamen potissimũ apparauerant. discurrite quoquo uersum, per compita & triuia, citraq; delectum, quosqunq; reppereritis, dignos, indignos, debiles, mancos, cæcos, claudos, uocate ad nuptias donec domus mea impleatur. Egressi serui, congregarunt promiscuam multitudinẽ, undiquaq; collectam, & impletũ est conuiuiũ discumbentibus. Post hæc Iesus quoniam superius ostenderat graues pœnas daturos esse Iudæos, qui toties uocantes apostolos afflixerint, ac demũ occiderint. subindicat & illos manere graue supplicũ, q semel professi uitã euangelicã, redirent ad pristinæ uitæ sordes. Ingressus est, inquit, rex, ut uideret discumbentes cõuiuas. ac inter cæteros, uidit ibi quendã, non indutũ ueste nuptiali. Amice, inq̃t, quomodo huc intrasti, quũ nõ habeas uestẽ nuptialẽ? At ille cõfusus obmutuit. Tunc rex præcepit ministris, ut illũ uinctis manibus ac

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pedibus, procul à cõuiuio submotũ conijcerent in densissimas tenebras, ubi fletus est & stridor dentium. dignitate uidelicet, lucéq; conuiuij, in carcerẽ abiectissimum, & uoluptate summa, in summum cruciatum commutata. Porrò quum plurimi sint uocati, pauci tamen sunt electi. Vltro uocantur omnes, sed electi non sunt, nisi qui uocati parent, quiq; usq; in finem respondent diuinæ erga se beneficentiæ, in pietatis euangelicæ studio perseuerantes.

Tũc abeuntes pharisæi consiliũ inierunt.

His parabolis ubi se sentirent perstringi, adeo non sunt compuncti ad pœnitentiam, ut nihil iam aliud cogitarent animis, quàm de occidendo Iesu. Tantum malum est liuor & ambitio. Aderat illis homicidij uoluntas, sed deerat oportunitas. Non metuebant deum, talium facinorũ ultorem, sed metuerunt populum. Visum est igitur illis ingredi diuersa uia, sic rem auiculis agere, ut inuidia facti in Cæsarem, ac Cæsaris præfectos deriuaretur. Igitur in præsentia quidem ira dissimulata abeunt. Cæterũ communicato inter ipsos consilio, placuit ut Iesus per subornatos proposita quæstione, ex responso caperetur, fieretq; obnoxius principibus. ut per illos ueluti maiestatis reus, ac seditionis autor occideretur, caussa nihil ad pharisæos attinente. Commentum aũt erat huiusmodi. Quum Iudæa iam cœpisset esse tributaria Romanis, præfectus est ab Augusto censui colligendo rex Herodes Antipatris filius. Atq; hac de re non erat omnium eadẽ sententia. Quibusdã enim indignum uidebatur, populum

deo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deo sacrum, pendere tributum prinapibus idololatris. Atq; hac in sententia erant, qui pharisæis adhærebant. Rursus erant qui Cæsari fauentes, diærent oportere solui tributum. & huius opinionis defensores, Herodiani dicti sunt, quod Herodes tributi colligendi præfectus esset. Extiterant aũt paulo ante duo quidã Theudas, & Iudas, qui dum palàm defenderent, Iudæos populũ deo dicatum, non debere tributũ cuiquam prophano prinapi, uelut seditiosi, supplicio sunt affecti. Sperabant autem pharisæi, ut Christus religioni fauens magis quàm Cæsari prophano & impio, solita libertate pronunaaret aduersus Herodianos, nõ esse pendendũ tributũ Cæsari. moxq; per illos deferretur Herodi, daturus pœnas quas ante Theudas & Iudas dederant. Quod si pnunaasset esse reddendũ tributũ, iam calumniarentur illũ adulari prinapibus impijs, minus fauens religioni diuinæ. Subornant igitur aliquot è suis disapulis, q̃ præsentibus Herodianis, ac frequente hominũ multitudine, ne res careret testibus, fucate blanda oratione illũ in nassam illiaant. Tanta erat cæcitas, ut toties re frustra tentata, non conquiescerent. Nec pudet inconstantiæ, qua nũc magistrũ appellant, quum antea calumniati sint illum spiritum habere Beelzebub. Et libertatem illius collaudant, ne uereatur Herodianos offendere. Magister, inquiũt, nouimus te ueracẽ esse, nec assentari cuiq̃, nec mentiri quequam. sed magna cũ libertate doces, qd deo placitũ est,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non quod hominibus uidetur. Non enim uereris quenq̃ mortaliũ, nec est apud te respectus personarũ. Dic igitur nobis qd tibi uideatur. phas est ut Iudæorũ populus diuinæ religioni deditus, pẽdat œnsum Cæsari, an non? Et dabimus posthac, an non dabimus? Iesus aũt ut ostenderet se non fallere illorũ insidiosam blandiloquentiã, ita temperauit responsum admirabili sua sapiẽtia, ut neutri factioni se redderet obnoxiũ. sed utrãq; moneret, quod magis ad illorũ salutẽ attineret. nimirũ ut deo primãpi summo solucrent œnsum pietatis. Quid me, inqt, tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numismaœnsus. Conabantur enim Iesum illaqueare uerbis ipsius. Ille uiãssim eos illaqueat ex ipsorũ respõsis. Obtulerunt igitur denariũ q Cæsaris habebat imaginẽ, ac titulũ. Vtq; declararet sese non in hoc uenisse, ut leges ferret hisce de rebus, quæ nihil attinebant ad pietatẽ. quæq; pro tempore aut recte fieri possent, aut secus, nummo conspecto, quasi parum agnoscæret eiusmodi literas atq; imagines, qui cœlestia tractabat. rogauit, cuius esset inscriptio, & cuius imago. Responsum est, Cæsaris. Tũ Iesus, Reddite igitur, inqt, Cæsari, si qua sunt Cæsaris. sed in primis reddite deo, quæ sunt dei. Significãs nihil officere pietati, si qs deo dicatus, det prophano primãpi tributũ, etiamsi nõ debeat, malens obsequi quã prouocare, præsertim in ea re, quæ pauperiorẽ reddit, non impiũ. Alioqui si exigat, qd nos reddat impios, non iam Cæsaris tributũ est, sed diaboli.

Hoc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hoc audito responso, admirati sunt. primũ quod intelligerent illũ non latuisse dolosum cõmentũ, deinde prudentiã admirabilẽ, qui frustra tenderet insidias humana uersutia. Mirati sunt quidẽ, sed sunt nõ immutati. Et relicto eo desiere prouocare, quẽ uincere non poterant, sed non desierunt odisse, quẽ amare debebant. Pharisæis igitur & Herodianis digressis, adoriũtur eum Sadducæi. Ea factio est apud Iudæos crassior & indoctior, dissentiens in hoc à pharisæis, quod negant esse resurrectionẽ. adeo ut nec angelos esse credant, nec animas extare semotas à corpore. nihil esse putantes, quod non uidetur. Hi quũ audissent Christũ crebro meminisse uitæ æternæ, & futuri seculi, ac resurrectionis iustorũ. adoriuntur illũ experimentũ facturi, utrũ cum pharisæis sentiret, an sibi contraria doceret, ut uel carperent illũ, si secũ pugnaret, uel irriderent, si cum pharisæis sentiret. Obijciunt igitur huiusmodi problema. Magister, inquiunt, Moses hanc legem edidit. Si quis uxore ducta decesserit absq; liberis, ut defuncti frater ducat à fratre relictam uiduã, & cũ ea congressus suscitet posteritatem fratri defuncto. Fuerunt aũt apud nos fratres septem, quorum primus uxore ducta, defunctus est absque liberis. Hanc duxit proximus frater, qui & ipse decessit absque liberis. Similiter accidit & tertio, & quarto, usque ad septimum, omnes decesserunt absque liberis. Tandem mortua est & mulier, quæ fuerat septem fratribus nupta.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Itaq; in resurrectione, quis omniũ habebit hanc uxorẽ, neq; enim potest esse cõmunis omniũ? Et omnes ex æquo duxerunt. Ad hanc interrogationem, quoniam plus habebat ignorantiæ, quàm malitiæ, Iesus dignatus est respõdere. Etenim qui per insãtiam errat, dignus est qui doceatur. Cæterum qui mera malitia sãsãtantur, indigni sunt responso. Erratis, inquit, qui scripturas legitis quidem, at non intelligitis, & nihil imaginantes supra res corporeas, quas uidetis. nesãtis uirtutem dei, qui mirabilior est in his quæ non uidentur. Hic ubi uices sunt nascentiũ ac morientium, coniugium adhibetur ad propagationem humani generis. Cæterum ubi iam erit absorpta mortalitas, & homines erunt spirituales, quod futurum est in resurrectione, quæ nos reddet eosdem quidem, sed immutatos, neq; ducet quisquam uxorem, neq; nubet ulla. Nihil enim illic opus coitu, ubi mors non erit. Cæterum qui ad resurrectionem iustorum pertinent, sic uiuunt absq; nuptijs, quemadmodum uiuunt angeli dei in cœlo iam hic pro sua uirili meditantes, quod in resurrectione sunt futuri. Malunt enim animas deo gignere, quã corpora mundo. Post hæc tacite notans hanc tam absurdam quæstionẽ esse natã ex falsa persuasione, qua credebant nullã esse resurrectionẽ, non dedignatur & hanc opinionẽ ex animis illorũ reuellere, docẽs & hoc ex Mosi libris colligi, cuius autoritate fuerant aggressi Iesum. Cur aũt perperam sentitis, inqt, de resurrectione mortuorũ

quasi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quasi non & hanc palàm docuerit Moses, cuius scripta crasse parumq; attente legitis. An nõ legistis quid apud hunc loquatur deus? Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Hi si toti perissent morte corporũ, non diceret se esse deum illorum, sed fuisse. Quod si est deus illorum, utiq; uiuunt illorũ animæ, uiuunt & ipsi toti quodãmodo spe resurrectiõis futuræ. Deus est uita, nec est deus mortuorum, qui iam esse desierunt, sed uiuorum. Ita docuit illos esse quidem resurrectionem. sed non esse talem, qualem imaginabantur esse quum proponerent stultam de septem fratribus quæstionem. Populus autem quum uidisset omnibus obturarios, prudentibus respõsis, admirabantur eius efficacẽ, & expromptam doctrinam. Non displicuit pharisæis, quod os obstruxisset Sadducæis, præsertim in argumento, in quo uelut ex diametro inter sese dißident. Ergo quum uiderẽt illos obmutuisse, exprobrata etiã insania scripturarum, rursum uelut recepto spiritu sese pharisæi cõglomerãt, ac unum quendam legis peritum subornant, qui docta uidelicet quæstione Christum adoriretur, quo uel illum argueret insaniæ, uel ipse laudem eruditionis auferret. Magister, inquit, quod est præcipuum ac maximũ præceptum in lege? Iesus ostendere uolens illos, qui legis professione sese uenditabant longißime abesse ab eius præcepti obseruatione, qui toti flagrarent liuore & odio proximi, cæterisq; uitijs, quæ nihil habẽt affine cum syncera chari-

Pharisæi autem audientes.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ra charitate. nec quenquam amare deum, qui in proximũ sit iniquus, respondit. Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima, & ex tota mẽte tua. hoc est primum & maximũ præceptum. Quod tamen nemo uere seruat, nisi seruet & secundum, illi simile. Siquidem alterum ex altero pendet. Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Siquidẽ quicqd in tota lege præcipitur, quicquid docent prophetæ, hoc totũ in his duobus præceptis comprehẽditur. Quisquis enim deum toto pectore diligit, nihil negliget, quod ille præcepit. & qui proximũ diligit tanquam seipsum, is nec furabitur, nec adulterium committet, nec falsum dicet testimonium, nec concupiscet rem alienam. in summa nihil alteri faciet, quod sibi fieri nolit. Tum pharisæus ex tentatore iam propémodum factus discipulus, subiecit. Vere ac recte dixisti magister, quod unus sit deus. quodq; nõ sit alius præter eum, quodq; hic solus supra cuncta, totis cum uiribus diligendus, quodq; omnis affectus nostri sint in unum illũ transferendi. quodq; diligere proximũ perinde atq; seipsum maius sit omnibus holocaustomatis & sacrificijs. Iesus uidens quod prudenter respõdisset, neq; pergeret insidiari, ait illi. Haud procul abes à regno dei. Intelligebat enim pharisæus quid esset optimũ, tantum hoc decerat, ut affectu sequeretur, qd' intellectu tenebat. Atq; interim tacite mordet conscientiam quorũdam pharisæorum, qui Iesu moliebãtur insidias capitales. Eoq; quum illi tan-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

illi tantum interrogassent de summo mãdato, cuius obser uationem sibi falso arrogabant, ultro adiecit, & secundum de diligẽdo proximo. Nondum enim suspicabantur Christum esse deũ. Certe proximũ ac bene meritũ negare non poterant, in quẽ tamen machinabantur, qd' nemo sibi uellet accidere. Vbi uero iam maior pharisæorum frequentia conuenisset, Iesus tot quæstionibus ab illis tentatus, proposuit & illis uicissim quæstionem, obscure quidem, & per ænigma subindicans, quod post apostolis expliandum reliquit suo tempore, sibi nõ solum esse naturã humanam, quam uidebant, & in quã essent sæuituri, uerum etiam diuinam, quam utcunq; ex ipsis factis poterant coniectare. nisi liuor, odium, ambitio, auaritia, cæteraq; uitia, animos eorum excæcasset. Rogat igitur simul collectos, qd illis uideretur de Messya, cuius filius esset. hoc est, è cuius stirpe progenitus? Respondent incontanter, Dauid. Tum Iesus. Quid igitur sibi uult, quod Dauid in psalmo mystico, spiritu cœlesti afflatus, uocat eum dominum, quum sit filius? Ita enim scriptum est. Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. donec reddam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Qui consistit, ut si filius est Dauid, pater filium appellet dominum? Nec erat quisquam illorum qui posset hunc dissoluere nodum, propterea quod de diuina Iesu natura, nihil adhuc suspicari poterant. Siquidem Christum, ut secundum corpus humanum erat

Congregatis autẽ pharisæis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

num erat filius Dauid. ita secundum diuinam naturam dominus erat omnium, non modo Dauid. Neque quisquam post hac ausus est illum adoriri quæstionibus, quum uiderent insidias in illum intentas, in suum caput recidere.

CAPVT XXIII.

QVum igitur toties illis obstruxisset os, teste multitudine, ne prorsus illorum autoritas conideret apud populum, cui doctores præsidebant, audiendos quidem docet, at nõ imitandos. Quanquã enim maxime cõuenit, ut qui doctoris munus susãpit, integritate uitæ, fidem & pondus conciliet suæ doctrinæ. tamẽ non expedit omnino contẽnere salutiferam alioqui doctrinam, ob doctoris improbã uitam. Reuerentia, quã illorum mores non promerentur, danda est autori, cuius præcepta recitant. Neq; enim polluitur lex dei, si p os improbi doctoris proferetur. ipsi quidẽ inutilis est, sed accipienti prodest. Auersus igitur à pharisæis Iesus, in quibus nullam uidebat esse spem uitæ emendationis, turbis ac discipulis, loquitur hunc in modum. Ipsi scribæ & pharisæi se uobis produnt, quàm sint animis corruptis, quàm inuidi, quàm auari, quàm inanis gloriæ cupidi. Sed tamen ob muneris autoritatem audiendi sunt. Occupant cathedram Mosi, cuius legem docent. Quæ docent, sancta sunt. docent enim aliena, cæterum uita lõge lateq; dissidet à doctrina. Proinde quæ uobis præscribunt ex autoritate Mosi, seruate & facite. sed tamen caue te, ne

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

te, ne ad uitam illorum mores uestros componatis. Si uiuerent quemadmodum docent, totos oporteret imitari. Nunc quæ docent, ipsi non præstant. Ab alijs plusquã totam legem seuerißime exigunt, ipsi sibi indulgent. In alios austeri, in se lenißimi. Colligunt enĩ fasciculos præceptorum graues & importabiles, & imponunt humeris alienis, quos ipsi ne digito quidem dignantur attingere. Onerant enim legem per se satis onerosam, suis cõstitutiunculis, quo sibi concilient opinionem eruditionis & sanctimoniæ. Quod si quã præstant iuxta legis præscriptum, nõ id faciunt ex animo, sed ad laudem auraq; popularem. Histriones sunt, & ceu personati falsa religionis imagine, fabulam agunt, ut spectentur ab hominibus. At legem non seruat, nisi qui hoc præstat, quod uoluit legislator. Isti uero quicquid faciunt, faciunt ad aucupandam inanem apud plebeculã opinionem sanctimoniæ. Nam quum deus post præcepta legis edita subiecerit. Ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos. nimirum illud sentiens, non oportere unquam obliuisci præceptorum dei, sed ad horum regulam cõponendas esse omnes uitæ actiones. isti quũ prorsus negligant obseruare iussa diuina, tamen specie falsa se iactant apud populũ. Obambulant lata phylacteria circũferentes, incidũt latis ac magnificis fimbrijs, in his præcepta legis ostentant inscripta, quũ in uita nusquã appareant. At hæc animis inscribi oportuit, uita decebat exprimi.

Sic pla-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sic placerẽt oculis dei, cui uni uita nostra æu fabula quæ piam agitur. Sed hoc spectatore contempto, uilissimã laudem affectant apud imperitam multitudinem. Et quum ubiq; deceat doctorẽ moribus, dictis atq; ipso etiam uultu præ se ferre uirtutem eximiam. isti nusquàm aliud agunt, quàm quod est inanissimum, ac uix etiam uiro dignum. Si quò uocantur ad cœnam, illic puerilitr ambitiosi sibi placent, quod ipsis locus tribuitur honoratior. in synagogis & publicis conuentibus amant primæ sedis honorem. Quum uersantur in foro, gaudent honorificæ salutari. Cristas erigunt quoties à populo audiunt magnificum illum titulum, Rabbi, quasi soli sint honore digni, aut soli sapiant. quum hoc ipso minimi sint apud deum, quod sibi uidentur maximi. & hoc ipso maxime desipiant, quod sibi uidentur plurimũ sapere. Soli deo debetur honos, qui solus uere magnus est, & honorandus. soli deo debetur laus sapientiæ, soli autoritas. Harum rerum si quid est in hominibus umbra quædam dũtaxat est, si ad dei magnitudinem conferatur, & hoc ipsum à dei largitate profectum est. Proinde si quid honoris tribuunt homines hominibus ob dei dotes, quas in illis esse suspicantur, non debet sibi uindicare cui tribuitur, sed totum ei transscribere, unde totum & gratis habet, si quid habet boni. Vos autẽ mei discipuli, nolim istorum esse similes. quin potius memores exempli doctrinæq; meæ, fugite cognomẽ arrogans sapientiæ, neq;

uobis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nobisipsis placeatis, si quis appellet Rabbinos, hoc est, magistros nostros. Vnus est enim in quem uere nomen hoc cõpetit. hunc magistrum habetis cõmunem. Vos autem ad illum collati nihil aliud estis, quàm cõdiscipuli ac fratres inuicem. inter quos mutua charitas omnia reddit paria. Nec decet ut quisquã semet anteponat alteri. sed longe diuersum certamen est, nimirũ ut alius alij cedat honorẽ, & alius alium officio praeueniat. Itaq; nec magistrũ quenq̃ appelletis in terris, quãdo quicqd habetis salutiferæ doctrinæ, id totũ debetis deo. Ex hoc docet quisqs recte docet, illius afflatu ꝓfiat, quisqs uere ꝓfiat. Nec post hac patris honorificũ uocabulũ homini tribuatis in terris, semel ꝓfessi patrẽ cœlestẽ, ait uere debetis & uitã, & qcqd habetis, & unde pẽdetis toti. Ne qs igitur honorẽ soli deo debitũ, sibi uĩdicet. Nemo homini tribuat, qd soli debetur deo. In hunc unũ oĩs laus, honor & gratiarũ actio est transferẽda. Si qs bene docet, laudetur in illo sapiẽtia dei, quæ se ꝑ illũ exerit cõmuniatq;. Si quis aut a sollicitudineq; patrẽ agit, laudetur in illo bonitas dei, quæ per illũ uobis ꝓspicit. Neq; uero hæc dixit dominus Iesus, quod impiũ sit præceptorẽ præceptoris appellare uocabulo, aut parentem parẽtis nomine salutare, sed hoc sermone prorsus euellere studet, ex animis suorũ pharisaicam ambitionem, qui qd erat dei sibi uindicabant, & honorẽ exigebant à populo, ꝓ doctrina, non sua sed dei, quasi ipsi essẽt autores,

Qui maior est uestrũ.

ac non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ac non potius ministri. tum plebis uel simplicitatem, uel adulationē, quæ laudibus immodicis illos uehebat, quasi hominibus plus deberent quàm deo. Quoniã autem intellexit, ex huiusmodi ambitione nasci pestes, & exitia congregationum, ideo sermonem hac clausula absoluit. Qui inter uos maximus est, is erit uester minister. Qd' enim habet, aliunde accepit, & gratis accepit, & in hoc accepit, ut alijs impartiret. Itaq; quo maior est dotibus diuinis, non hoc erit arrogantior, sed solliciior, ut communicet, hoc submissior, ne semel perdat arrogantia, quod diuina benignitas largita est. In autorem deum, gloriam omnem tranfert, sibi præter humilis ministri sedulitatem nihil uindicans. Is uere magnus est, qui sibi minimus est. Atq; is iam incipit esse minimus apd' deum, qui suo iudicio magnus est. Quod si quis sese iactet, & efferat, de gratuitis donis dei, spoliatus ijs, quibus se faciat indignum, ex maximo fit minimus. Contra qui se deiecerit agnoscens, & exaggerans imbecillitatem suam, ac dotes dei, quibus magnus est, aut dissimulans, aut in fratrem utilitatem expromens, is quoniam sua modestia prouocat liberalitatem diuinam, auctis dotibus ex magno fit maior. Post hæc Iesus uersus ad scribas, & pharisæos, palàm ac magna libertate inuehitur in malicìam eorum, minitans illis ultionem diuinam, quo uel pudore resipiscant, uel metu supplicìorum, uertantur ad meliora, & omissa simulatione sancti-

Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sanctimoniæ, imaginant esse pietatis euangelicæ cultores. Væ uobis, inquit, scribæ & pharisæi hypocritæ, q̃ quũ profiteamini legis peritiam, & ob hoc quodammodo teneatis claues regni cœlorum, non solum ipsi non intratis, sed alijs intrare uolentibus, quibus debueratis aperire fores, occluditis eas, et obsistitis ultro paratis, quos æßantes debueratis excitare. Quum enim cõspicatis iã adeße lucem euangelicam, tamen uestræ gloriæ, uestriq̃ lucri gratia, populum adhuc in umbris legis detinetis, excludentes à ueritate. Væ uobis scribæ, & pharisæi Hypocritæ, qui sub prætextu religionis, deuoratis domos uiduarũ, quibus imponitis falsa specie sanctimoniæ. Simulatis enim longas precationes in publico, quũ interim animus nihil aliud spectet, quàm prædam à stultis mulierculis, quæ uos credũt interim cũ deo colloqui. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, propterea quod obambulatis per terras ac maria, ut è gentibus unũ aliquem pelliceatis ad legis professionem. Qui cum attractus fuerit spe discendæ religonis, superstitiosa uestra doctrina, peruersisq̃ moribus talem redditis, ut non solum non fiat purus dei cultor, & hæres regni cœlorum sed scleratior etiam Iudæus, q̃ fuerat ethnicus, et magis etiam obnoxius gehennæ, quàm uos estis. Fit enim ferè ut discipuli malos præceptores uincant etiam plerũq̃. Væ uobis cæci duces, qui professi doctores, ipsi nescitis quid doceatis, nimirum aberrantes à scopo legis, nec aliò

u torquen

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

torquentes omnia, quam ad quæstum uestrũ. Dicitis enĩ, quicunq; iurauerit per templum domini, non tenetur iure iurando, sed qui iurauerit per aurum quod est in templo, is demũ tenetur iureiurãdo, præpostero iudicio pluris facientes, nõ ea quæ per se sanctiora sunt, sed quæ uestræ auaritiæ gratiora. Alioqui respondete mihi stulti et cæci, utrum est sanctius, aurum, quod ornandi gratia additum est templo, quodq; uertitur in lucrum uestrũ, inq; uestri luxus materiam, an templũ ipsum, cuius sanctimonia fiat, ut aurum etiam alibi prophanum, illic sanctum habeatur? Item dicitis qui iurauerit per altare, non tenetur religione, cæterũ qui iurauerit per donum, quod impositum est altari, tenetur iureiurando. O cæci doctores utrum enim pluris fieri debet, donum an altare, quod sanctificat ipsum donum? Neq; enim aliũde sanctum est donum, nisi quod sacro altari est impositum. Et hic præpostero iudicio multis donaria uideri sanctiora altari, qd' ea cedunt in usus uestros, quum templum & altare extructa sint in cultũ & gloriam dei, quæ uobis curæ non est. His uestris commentationibus, quid aliud quàm subuertitis legem dei, quæ prohibet omne periuriũ? Etenim quemadmodum interpretatione subuertitis præceptum de honorandis parentibus, ita hic docetis peierare. Perfectũ erat omnino non iurare, sed tamen quisquis iurat per rem quamcunq;, quæ sacra habetur apud eum, cui iurat periurus est, nisi præstiterit quod iurauit. Quisquis iurat-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rat per altare, iurat & per ea quæ sunt in altari. Ita quisquis iurauerit per templum, iurat & per deum tẽpli inhabitatorem. Quisquis iurat per cœlum, iurat per thronum dei, & per consequens per eum qui sedet in illo. Quisquis iurat per caput alterius, iurat per rem deo sacram, cuius is qui iurat, nullam habeat potestatem. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui in his quæ ad quæstum uestrum pertinent, minimum autem habẽt momenti ad ueram pietatem, etiam minutissima exigitis. in decimis extorquẽdis, adeo superstitiosi, ut è uilissimis etiam holeribus, menta, ruta, anetho, & cumino, decimas colligatis. Atq; interim ea quæ maximi momenti sunt, & unde pendet uera iustitia, pro nihilo ducitis, iudicium, misericordiam, & fidem. Iudicium, ne quem afflicatis iniuria. eleemosynam, ut subueniatis oppresso, & egenti. Fidem, ne quem fallatis periurio. Hæc ita lex exigit, ut in primis uelit curari, quũ illa ueluti minimi momenti horũ gratia adiecerit. Hæc igitur in primis erãt serio curãda, si minuta illa non uidebantur omittenda. Si cuncta seruaretis ad unguem, uideri poterat religio, nunc quum omissis his, sine quibus nulla cõstat iustitia, curetis ea quæ leuissima sunt, hypocrisis est, nõ religio, imò religionis perniciẽs. Siquidem anteq; instituerentur decimæ, tamen integritas, beneficentia, & fides exigebatur, & ad iustitiæ laudem pertinebant. O duces cæcos, qui præpostere religiosi culicẽ excolatis, quum camelum deglutiatis, in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

minimo superstitiosi, in maximo negligentes. Væ uobis scribæ et pharisæi hypocritæ, propterea quod præposterè mundiaem curatis. Crebris enim lotionibus purgatis calices, & patinas, & candelabra, quæ quoniam extraria sunt, non inquinant animum hominis, & id quod intus est, negligitis illotum, numerum animum uestrum. Non enim inquinat hominis animum, si quis bibat ex illoto caliæ, sed si quis bibat uinum fraudè partũ, si cuis ad luxum bibat, non ad necessitatem. Idemidem abluitis corpus, atq; ea quæ corporis sunt, & animum non purgatis, rapina, libidine, cæterisq; uetris sordibus impurũ et inquinatum. Pharisæe, te inq; appello pharisæe cæce, qui te titulo cultuq; iactas magistrum populi, cæce, prius hoc cura, quod unum ad rem pertinebat. Si placet uera mundiaes, munda prius quod est internum, & tum, si uideatur, munda, quæ sunt externa, corpus, uestem, ræos, caliæs, patinas, sellas, reliquãq; supellectilẽ. Alioqui in his ostentare mundiaem, neglecti ijs, quæ sola nos reddũt apud deum mundos aut immũdos, nõ mundiaes est, sed hypocrisis, ac ueræ mũdiaei pernaies. His enim uestris constitutionalis, corrumpitis animos simpliaium, ut huiusmodi mundicijs freti, negligant ea, quæ uel sola fuerant curanda. Væ uobis scribæ, et pharisæi hypocritæ qui tantum abestis à uera mundiae, ut magis similes fitis sepulchris dealbatis, candidoq; tectorio foris falsam mundiaem præ se ferentibus, quum intus plena sint ossi-

bus

bus cadauerũ, omniq; spuriae. Sic & uos prolixis pre
cibus, latis phylacterijs, spacios fimbrijs, pallore, &
ieiunio similibusq; suas, foris uidemini religiosi, et inte=
gri quũ animus undiq; scatat simulatõe, omniq; gene=
re uiciorũ madeat. Ve uobis scribae & pharisei hypo
critae, propterea quod ad falsam ostentationẽ sanctimo=
niae, magnifice extruitis sepulchra prophetarum, et or
natis monumenta iustorum, quos uestri maiores occide
runt, & simulantes uos fauere uirtuti interfectorum, ac
detestari crudelitatem eorum, à quibus sunt occisi, dicã=
tis, Si uixissemus ætate maiorum nostrorum, nequaq̃ con=
sensuri fueramus in necem innocentium, quum nũc atro=
cior a moliamini aduersus eum, qui prophetas anteællit,
& olim estis molituri aduersus eos, qui uobis æternae sa
lutis uiam aperient. Hoc animo quum sitis, nimirum de
claratis uos germanos esse filios eorũ, qui prophetas,
à quibus libere monebantur, occiderunt, nihilo melio=
res illis futuri, si uos contigisset illorum ætate uiuere.
Agedum, respondete maioribus uestris, & quod deest
illorum extremae crudelitati, uos ne quid desit, implete.
Illi prophetas occiderunt, uos eum quem prædixerũt
prophetae. O serpentes, uiperarum progenies, homicida
rum filij homicidae. Quum tam inuinabili malicia sitis,
quum nullis neq; beneficijs, neq; miraculis, neq; blandis
sermonibus, neq; austeris, neq; polliciis, neq; minis pos=
sitis corrigi, ut interim effugiatis iudicium hominum, quo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quomodo effugietis iudicium gehennæ? Id uobis hoc magis exaggeratis quod nec maicrũ execrabili facinore deterremini ab occidendi libidine. Tot prophetæ missi sunt quorum multos interemistis. Tandem ipse ueni in quem satis quid moliamini. Nec hoc cõtẽtus quo magis sit omnibus euidẽs, uos atrocissima cõdemnatione dignissimos esse, ecce ego rursus mittam ad uos, alios prophetas, sapientes et scribas, qui summa lenitate uos reuocent ab ista crudelitate, ad mentem meliorem, nec imputabuntur superiorum temporum parricidia, si ad horum prædicationem egeritis pœnitentiam. Verum nec his paretis, sed ex his, alios gladione cæbitis, alios lapidibus obruetis, alios crucifigetis, alios flagellabitis in Synagogis uestris & adeo non recipietis eos, ut persequuturi sitis è ciuitate in ciuitatem, donec illos insanabili uestra malicia compellatis ire ad gentes. Quibus rebus adeo prouocabitis iram dei in uos, ut quicquid homicidiorum patratũ est à maioribus uestris, à primo parricidio, quo Caim occidit Abel fratrem suum, usque ad cædem Zachariæ filium Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare, nec loci religione deterriti ab homicidio. Horũ pœna dilata refundatur in caput uestrum, qui maiorum omniũ crudelitatem non solum retulistis, uerum etiam uicistis. Vestra igitur cala[illegible]tas, tam erit insignis, ut totus mundus intellecturus sit quanta fuerit crudelitas huius nationis in optimum quẽq; uirũ. quanq; pertinax rebellio ad

uersus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uersus deũ, tanta lenitate, tam diu tolerantem, tanta bene ficentia, toties inuitantem ad meliora. His dictis clementissimus dominus Iesus, qui pro sua bonitate nolebat quẽquàm omnino perire, considerans miserabile quod imminebat exidium urbis Hierosolymitanæ, nam illius oculis erant omnia præsentia, simulq; inexpugnabilem illorum peruicaciam, qua diuinam lenitatem uersuri erant in furorem, oratione lamentabili deplorat Iudaicæ gentis uastationem, subindicans secundum aduentum suum, sed Iudæis tum demum sero resipiscentibus, & Christũ quem nunc negant agnoscentibus, Quum magis in rem illorum fuerit, nũc confiteri seruatorem suum, à deo missum, atq; idem ex animo canere, quod indignabãtur à pueris decantari, Benedictus qui uenit in nomine domini. Hierusalem, inquit, Hierusalem quæ occidis prophetas & lapidas eos, qui missi sunt ad te, quoties cupiuit congregare filios tuos, quemadmodum sollicita gallina metuens pullis suis, congregat eos, fouetque sub alis suis, & noluisti. A me nihil omissum est quo seruareris, sed contra nihil abs te præter missum est, quo tibi perniciem accerseres, salutẽ excluderes. At cui semel data est arbitrij libertas, inuitus seruari non potest. Oportebat meæ uoluntati, uestram respondere uolũtatem. Ecce nũc imminet uobis miseranda calamitas. Relinquetur uobis habitatio uestra deserta. Relinquemini ciuitati uestræ, donec aliquando uel tantis docti malis resipiscatis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dico enim uobis, post hac nõ uidebitis me, quousq; uenerit illud tẽpus, quo me uidentes oculis fidei dicatis, Benedictus qui uenit in nomine domini, quem nunc calumniamini uenisse in nomine Beelzebub. CA. XXIIII.

VT autẽ IESVS *et imagine quadam repræsentaret templum, & omnem Iudaicæ legis religionem breui abolendam, egressus è templo cœpit abire. Discipuli uero, quoniam audierant nonnullam uastitatis mentionem, ostendunt domino templi molem, opere tam admirabili, ut indignũ uideretur, tum adeo firma structura, ut non uideretur posse dirui. IESVS autem respõdit, Videtis, inquit, hæc omnia? Illud habetote pro certo, nihil est omnium horum tam munitum, aut pulchrum aut sanctum, quod non sit demoliendum, adeoq; dissipãdum, ut nec lapis ullus lapidi cohæreat. His dictis IESVS abijt in montẽ, qui dicitur oliueti. Hic quum sederet templum habens in prospectu, adeunt eum seorsum discipuli quatuor, quos primos omnium uocauerat, Petrus, Iacobus, Ioannes, Andreas, cogniturí certius aliquid de tempore tantæ calamitatis uenturæ. Suspicabãtur enim mox à uastatione ciuitatis Hierosolymitanæ, templiq; demolitione, rursus aduenturum Christum, cum maiestate. Christus autem quo redderet suos uigilãtiores, ita temperat sermonem, ut nolit eos scire tempus extremi aduentus, & tamen commemorandis malis efficiat illos sollicitos, & ad malorum incursionem paratos.*

Dicũt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dicunt igitur discipuli, Dic nobis quando ista, quæ præ dicis, futura sunt? Et quo signo poterimus nosse tuum ad uentum, seculiq; finem imminere. At Iesus ad id quod ro gabant non respondẽs, ad illa magis deflectit, quæ pa rarent animos illorum ad perpetuam uigilantiam Euã gelij. Sum omnino ueniturus, inquit, sed uidete ne quis mentitus aduentum meum uos fallat. Siquidem mul ti uenturi sunt, qui sibi uindicabunt nomen meum, et di cent se esse Christum, & inuenient stulte credulos quos fallant. Tumultus rerum omnũ speciem præbebit iam instantis mundi finis. Audietis enim bella, uariosq; bel lorum rumores, rebus ipsis ut fit, atrociores. Verum ne protinus ista deijciant animos uestros, ut existimetis in stare tempus illud extremum. oportet quidem hanc re rum perturbationem exoriri, sed non illico finis erit ma lorum. Latius uagabitur hæc tempestas. Non enim Hiero solyma tantum uastabitur, sed totus orbis bellis ac cædi bus infæbitur. Insurget gens aduersus gentẽ, et regnũ cum regno conflictabitur, maximamq; malorũ partẽ homines ab hominibus patientur. Quin et deus ultor, ad det sua flagella, pestilentiam, famem, uarijsq; in locis ter ræmotus. Ne hæc quidem arguent mundi finẽ, sed tan tum præludia sunt mali, uelut parturientis extremam illam mundi perituri tempestatem. Nec uos interim eri tis ab huiusmodi malis immunes. Siquidem in hoc re rum tumultu, pertrahent uos in uarias afflictiones, de

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

niq; et occident, atq; interi eritis odio, nõ Iudæis solum sed oibus gentibus, non ob malefacta uestra, sed ob id quod profitemini nomen meum. Interim multi malis offensi, supplicijs q; uicti desissent à professione mei nominis, aliusq; alium prodet, cognatus cognatum, amicus amicũ, seq; mutuis odijs prosequentur, quos natura charitatis uinculis copularat. Quin & aliud grauius malorum genus erit. Exoriẽtur pseudoprophetæ, falsiq; doctores, qui simulantes sese prædicare Euangelium meũ suæ gloriæ, sui quæstus, suiq; uentris agent negocium, proq; meo spiritu, satanæ spiritum inserent discipulis, pro regno cœlorum, regnum huius mundi docebunt. Horum technis illaqueabuntur etiam ij, quos tormenta superare nõ poterant. Nullus est enim capitalior hostis, quàm domesticus, & fucatus amicus. In his malis, nec à fratribus atq; amicis multũ expectabitur solatij. Siquidem exundante multitudine uiciorum, multorum charitas refrigescet. Vobis tamen nihil erit periculi, modo constanti fortiq; animo perseueretis usq; ad finem. Nulla malorum uis quenquã poterit perdere, nisi quem animus rectus defecerit. Nec uos perire patiar, nec Euangelium opprimi. Imò his tumultibus magis ac magis inualescet Euangelij robur. nec aliud poterit in uos malorũ procella, nisi quod pietatem uestram reddet spectatiorem. Non enim uenturus est mundi finis, priusquã hoc Euangeliũ regni cœlorũ, per omnia regna mundi prædicetur,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dicetur, omnesq; nationes occuparit, ne qui parere noluerint, prætexere queant ignorantiam. Hoc ubi factũ erit, tum ueniet mundi consummatio, cuius si signũ quæritis, accipite. Quũ uideritis Idolũ abominabile, quod conabitur funditus subuertere religionem Euangelicam de quo uobis olim uaticinatus est Daniel dicens. Et in dimidio hebdomadis auferetur sacrificium & libamina, & in templo abominatio desolationum erit, usq; ad consummationem temporis. Hoc inquã idolum abominandũ quum uideritis collocatũ in templo, hoc est in arce sanctitatis. Qui prophetæ uaticiniũ legit intelligat. Sermo mysticus est, & spiritualem requirit lectorem. Cum igitur hæc tempestas ingruerit, qui sunt in ciuitatibus Iudææ, relictis oppidis fugiant in montes. & qui in tectis sunt ædium, desiliant, nec descendãt, ut quicq̃ rerum secum tollant ex ædibus. et quos illud tempus deprehenderit in agro, ne recurrant in domum, ut uestem auferant. Non enim tum uacabit rebus cõsulere. Magnũ est, si celeri fuga uitæ cõsulatur. Nã illa recuperari possunt, uita semel amissa sarari nõ potest. Proinde male erit prægnãtibus & mamma nutrientibus in diebus illis. Neq; enĩ grauidæ poterunt onus uentris abijcere, ut expedite fugiant, neq; lactãtes sic possunt abijcere liberos, quos tenerius, q̃ seipsas amant, quemadmodũ pecuniã aut uestẽ abijciũt Vobis autem quos neq; domus, neq; possessiones, neq; liberi remorabuntur, tantũ orandũ est, ne uobis inidat,

& fugien-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& fugiendum sit hyeme aut sabbato. Nam & æleriter erit fugiendum & proaul. Cæterum hyems ob rigorem, & lucis breuitatem incommoda est peregrinantibus. et sabbato legis obstat religio, quo minus proaul aufugiatis. Erit enim tunc afflictio uehemens qualis à condito mũdo ad hunc, sq; diem nunquàm fuit, neq; post futura est. Quod si calamitas ut erit uehemens, ita foret & diuturna, nullus hominũ supereßet incolumis. Merebatur quidem illorum malitia internitionem, sed propter electos quamlibet paucos dies illi breuiabuntur. In hac confusione rerum, quũ expectabitur aduentus meus, cauendũ est ne quis decipiatur arte impostorum. exorientur enim multi pseudo christi, qui se iactabunt esse Christum, quũ nõ sint, imò quum sint aduersarij mei, qui se dicent esse prophetas quum non sint, sed potius magistri errorum. Hi non solum erunt instructi dolis, falsaq; specie sanctimoniæ, uerumetiam prodigijs ac magicis ostentis imitabũtur meam potentiam. adeoq; multis ac miris præstigijs sibi uindicabũt personã meã, ut electi quoq;, si fieri possit, in errorem sint adducendi. Vos igitur moniti cauete nam in hoc prædixi ut caueatis. Tum igitur si dixerint Christus est in deserto, nolite exire. ecce in penetralibus nolite introire. Ecce hic aut illic, nolite credere. Nõ erit talis aduentus qualem hunc uidistis, lentus, aut humilis sed subitus ac maiestatis fulgure, totum orbẽ subito complectens. Sicut enim fulgur emicans ab oriẽte raptim pe

netrat

*netrat usq; ad occidentem, sic erit aduentus filij homi=
nis. Nec est quod metuatis ne non sitis mecum, in tanta
rerum confusione. Vbicunq; fuerit corpus, eò congre=
gabuntur & aquilæ. Non decerunt capiti sua membra,
calamitatis autem magnitudinem sentient & corpora cœ
lestia. Nam & sol obsaurabitur, & luna non dabit lu=
cem suam, nimirũ obsaurato sole, vnde lumen habet mu=
tuum. Stellæ de cœlo decident, atq; ipsæ uirtutes cœlorũ
conuulsentur, ueluti de ruina periclitantes. Tunc inter
densissimas tenebras coruscabit è cœlo, signum filij ho=
minis, signum inquam, quo deuicit satanam, et omnem il
lius tyrannidem protriuit, signum quo se frustrauisse
gloriabatur. Quo cõspecto, percutient sua corpora nato
nes totius terræ, quum uiderint Iudæi quẽ compunxerũt
quum uiderint gentes maiestatem crucis, quam irrise=
rant. Videbunt enim filium hominis, quem nunc humi
lem despiciunt in sublimi ueniẽtem in nubibus cœli, cũ
ingentibus copijs angelorum, summa cum maiestate, et
gloria. Tum ẽmittet angelos suos, qui uocali tuba con=
gregent omnes electos eius, à quatuor uentis, à summis
uerticibus cœlorum, usq; ad extremos terminos illorũ
Sed quo tempore hæc sint futura, non est meum exactè
præfinire. Sed tamen ex malis, quæ commemorui, ue=
lut ex procemijs poteritis conijcere tempus illud haud
procul abesse. Quemadmodum ficus indicijs quibusdã
prædicat instare æstatem, uideliet quum ad fauonij fla=
tum,

Ab arborẽ fica discite parabolam

tum, iã tenerescente ramo, ptrudit gẽmas, ac fõlia quod ammodo parturit. Ita & uos quum uideritis hæc omnia quæ prædixi, scitote quod aduentus filij dei est in foribus. Illud affirmo, nõ præteribit hæc generatio, quin omnia quæ prædicta sunt eueniant. Cœlum & terra peribunt citius, quàm mea uerba sint irrita. Vobis igitur satis est signa nosse, quæ diem aduentus mei portendant, ne uos incautos opprimat. Cæterum exacte diem illum aut horam, qua filius sit aduenturus, non est uestrũ inquirere, quando nec angelis cœlorum hæc sãre datum est, atq; adeo nec filius hominis nouit. Hoc sibi soli seruauit pater. Et sic expedit uobis, quo semper sitis paraati. Dies ille subito ueniet, & inexpectatus alijs. Quemadmodum temporibus Noë, quum annis aliquot esset eis prædictum diluuium, tamen arbitrantes nequaquã uenturum, edebant, bibebant, cloabant sponsas, & ducebant uxores usq; ad extremum diem, quo Noë ingressus est aram, neque crediderunt fore diluuium donec uiderent iam adesse diluuiũ, quo perierũt uniuersi qui noluerunt exemplo Noë parare sese aduersus eum diẽ. Quẽadmodũ autẽ tum paua aßumpti in aram seruati sunt, cæteri foris relicti perierunt, ita tunc subito diuidentur perituri à seruandis. Erunt duo laborantes in eodem agro, socij mercedis et operæ, quorum hic aßumetur, alter relinquetur. Erunt duæ molentes eadem in mola, quarũ una assumetur, altera relinquetur. Quin

& è duo=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& è duobus, quos idem lectus iungebat, unus aßumetur, alter relinquetur. Non enim opus aut locus aut uitæ genus beabit hominem, sed affectus. Proinde quandoquidem hæc absq; dubio sunt euentura, nec potest sari certum quo die uentura sint, semper uigilate, ne uos ille dies opprimat imparatos. Si uigilant homines ne pereat pecunia, quanto magis uobis uigilandum est ne pereat anima. Quis est enī paterfamilias tam supinus, qui si sciat furem nocturnum irrepturum in ædes suas, sterteret totam noctem, ac pateretur domum suam perfodi? Vobis igitur est omni uita uigilandum, quia certi estis præter expectationem uenturū diem illū. Sic enī uiuendum est, ut quādocunq; uenerit ille dies, reperiat uos in officio, ut statī ad præmiū possitis aßumi. An non idē facturus sit seruus prudēs ac fidelis, quem dominus peregre profecturus, præficat suæ familiæ, ut cæteris familiaribus præberet ābū suo tēpore? Non illi præscribit dominus, quādo sit domū rediturus, ne poßit in officio cessare. sed quandocunq; redierit dominus, nónne beatus erit ille seruus, si offenderit eum fungētem officio suo? Pro certo dicō uobis, quod expertus illius fidem, audebit illi maiora credere, præficietq; omnibus bonis suis. Cōtra si malus seruus, et infidelis dixerit in corde suo, Diutius abest dominus, et fortasse nunq̄ est rediturus. atq; hac spe cœperit percutere seruos suos, et neglecta familia, bibat et edat cū temulentis, quā is est futurus infelix

Vigilate ita que.

quum

quum dominus uenerit die quo non expectabat, & hora qua non suspicabatur eum rediturum. Non enim solum submouebitur ab officio suo, uerum etiam dominus dißecabit eum medium, & portionẽ illius adiunget hypocritis, qui titulum habent euangelicæ functionis, quũ factis ipsis pugnent cum euangelio. Illic pro male dulcibus uoluptatibus, quibus ebrius non obseruarat aduentum domini intolerabili cruciatu punietur, risu uerso in fletũ, et cãtilenis in stridorẽ dentiũ. CA. XXV

ATq; ut penitus infigeret animis suorum Iesus non esse ceßandum aut dormitandum, in hac uita, sed assiduo cultu pietatis, & officijs in proximũ, parandum uiaticum in uitam futuram. nam in resurrectione sero nos quæsituros, nisi dum tempus erat, paraueri mus, adiecit parabolam de decem uirginibus, quæ sumptis lampadibus suis, exierunt obuiam sponso. Sed ex ijs quinq; erant fatuæ, quæ sibi de oleo non prospexerant, in sponsi aduentum suffecturo. quod sibi persuaserant non ita subito proditurum sponsum, quin spacium daretur alicunde comparandi olei. Prudẽtes uero sãcntes incertum eße tempus, quando proditurus eßet sponsus, ne poßent imparatæ opprimi, simul cum lampadibus & oleum secum extulerunt in uasculis, unde deficientes lampades instaurarent. Quum igitur in longũ differret exitum suum sponsus, dormitare cœperũt uirgines omnes, ac tandem obdormierunt. Nocte uero intempe

tempesta, subito clamor coortus est famulorum euocantium ad occursum. Ecce sponsus adest, prodite obuiam illi. Tunc expergefactæ uirgines omnes, adornabant lampades suas. Porrò fatuæ, quum uiderent subito abeundum medio noctis, nec haberent oleum, iam deficiẽtibus lampadibus, rogauerunt prudentes uirgines, ut sibi de suo oleo nonnihil impartirent. At illæ respõderunt. Veremur ne quod habemus non sit futurum satis nobis & uobis. Abite potius ad eos qui uendunt oleum, & ab illis emite uobis. Atq; interea dum irent emptum, uenit sponsus. & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, moxq; clausa est ianua. Tandẽ ueniunt & fatuæ uirgines, pulsantq; fores ac dicunt. Domine domine, aperi nobis. Quibus sponsus respondit. Profecto non noui uos. Vos igitur ad exemplũ prudentium uirginum, serui fidelis, ac prouidi patrisfamilias, uigilate, & in tempore uobis parate bonorum operum commeatũ, quia nesatis diem & horam illius aduentus. qui cum subito extiterit, iam non erit amplius tempus benefaciẽdi. sed cuiq; ferendum erit præmium pro retrogestis. Addidit Iesus & aliam parabolam, extimulans discipulos suos ad perpetuum studium bonorum operum, ne committerent, ut doctrinam ac dotes à se acceptas, sua negligentia sinerent esse steriles, sed studio curaq; sua uerterent in utilitatem proximi, seseq; præberent idoneos maioribus donis. quod pro suo modulo aptuq; accepissent, collocassent in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lucrũ domini ſui, qui gaudet tali fœnore diteſcere. Quidam, inquit, homo peregre proficiſcens, uocauit ſeruos ſuos, quibus tradidit bona ſua. non ut ſibi profunderent ſed ut inde domino ſuo lucrũ referrent, unde ſortem acceperant. Et huic quidem dedit talentum unum. illi duo, rurſus alij quinq; prout quẽq; iudicabat idoneũ. Quo facto ſtatim ingreſſus eſt iter. Is igitur cui credita fuerant talenta quinq; non ceſſauit, ſed ſtatim abijt, & ad uſuram mutuauit acceptam pecuniam. idq; toties, ut tandem uſura ſortem æquaret, & ex quinq; talẽtis fierent decem. Ad eundem modum quibus duo credita fuerant talenta, ſic uſus eſt illis, ut uſura ſortem æquarit. Porrò cui traditum erat unicum talentum, per ignauiam abijt, & talentum acceptum defodit in terrã, ſat eſſe iudicans, ſi domino ſuo ſortem reſtitueret. Poſt diutinam igitur peregrinationem dominus redijt, & exegit à ſeruis ſuis, dati & expenſi rationem. Et accedens qui quinq; talenta acceperat, ex uſura retulit & alia quinq;, rationẽ ita reddens. Sortem dederas quinq; talentorum, ecce tantundem ex his lucratus ſum. Dominus collaudans ſerui induſtriam, ait. Euge ſerue bone ac fidelis. quoniam in paulo pecuniæ te comperi fidelem, plura credam tuæ fidei. intra in gaudium domini tui. Poſt hunc acceſſit & is, cui duo talenta crediderat dominus, & iuſſus reddere rationem, ait. Domine, ſortem duorum talentorum crediderat, ecce tantundem adicã ex uſura. Dominus & huius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

huius industriam collaudans, ait. Euge serue bone ac fidelis. quoniam in exiguo mihi perspecta est fides tua, post hæc maiora tuæ concredam fidei. intra in gaudium domini tui. Tandem accessit & is, qui talentum acceptum defoderat in terra, ac iussus rationem reddere, non solũ non agnosãt culpam inertiæ, uerum etiam dominum insimulans austeritatis, & auaritiæ immodicæ, crimen officij neglecti conduplicat. Domine, inquit, sciebam quod esses homo austerus, inde messem colligis, ubi non seceras sementem. & inde congregas lucrum, ubi non sparseras sumptum. Proinde metuens, ne si sors aliquo casu perisset, sæuires in me. abij defodiq; talentum tuum in terra. Hoc malui, quàm dum usuram capto, periclitari de sorte. Ecce habes quod tuum est. Si nõ mereor laudem ob lucrum additum, certe sors curauit ut esset in tuto. Hunc sermonem dominus in ipsius caput retorquens, ait. Serue male & piger. noueras, ut ais, me lucri esse auidũ. colligere messem illinc, ubi non seceram sementem. & congregare prouentum illinc, ubi non seceram sumptum. Tanto magis oportuit te committere pecuniam meam numularijs, & ego qui lucrum uenor illic, ubi non feã sumptum utiq; uenturus erã ac meã pecuniã exacturus cum usura hoc est, inde messurus, ubi seminauerã. Mea erat sors, nõ tua. industriã tuã seruus debebas domino. Tũ uersus ad alios seruos, dixit. Auferte ab hoc inutili seruo talentũ, & date ei q̃ habet decẽ talẽta. Admirantibus seruis,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quod ei iuberet addi, qui iam abundabat, ait dominus. Ita fiet in hoc opum genere. Quisquis habet, dignus est qui plus accipiat, ut exuberet. cæterum qui per ignauiam nihil sibi parauit lucri. etiam hoc, quod habere uidebatur, quoniam indignus est, spoliabitur. Porrò seruum illum inutilem submouete ab oculis meis, & abijcite in tenebras externas. Ibi pro gaudio domini sui, quod promereri noluit, cruciabitur fletu & stridore dentium. Huiusmodi parabolis dominus Iesus discipulos suos, & præmiorum magnitudine, & supplicioru̅ metu extimulauit ad studium euangelicæ pietatis, & ad benemerendum de proximo, atq; à cessatione, & malefaciendi licentia deterruit. Sed idē multo diluciduius fecit extrema narratione. qua & maiestatem aduentus sui, & segregationem bonorum à malis, quæ nunc in ecclesia permixti uiuunt. & utriusq; partis diuersa merita, diuersaq; item præmia, breuiter totam iudicij supremi imaginē subijcit oculis, non ignarus instare diem mortis suæ, quo tot sermonibus instructi non omnino deijcerent animos ob ignominiosam mortem crucis. sed præsentē afflictionem uenturæ felicitatis, præsentem ignominiā futuræ gloriæ contemplatione, consolarentur. Neq; molirentur, aut optarent ultionē improbis, quos in illo iudicio sārēt pro suis meritis æterno supplicio plectendos. Cū aūt uenerit, inquit, filius hominis, quem propé diem uidebitis humillimum, & abiectissimū, cum maiestate sua, stipātibus illū omnium

omnium angelorum agminibus. tunc uti iudex omnium sedebit in sede maiestatis suæ, & in conspectũ illius conuocabuntur omnes totius orbis nationes. Nullus enim hominum quamlibet excelsus aut humilis poterit illud iudicium effugere. Id non humanis coniecturis, sed exacto dei iudicio peragetur, cuius oculis omnia sunt conspicua. Ac primum separabit bonos à malis, quemadmodũ pastor gregem suum dinumeraturus, separat oues ab hœdis. Et oues quidem, hoc est, innoxios ac beneficos statuet ad dexteram. hœdos, hoc est, nocentes ac maleficos ad sinistram. Itaq; uniuerso mortalium genere, in duos ordines distributo, tamq; iustus iudex utrisq; rationem proferet sui iudicij, ut boni cognoscant, qbus officijs promeruerunt tantam felicitatem, & mali audiant, quibus culpis commeruerint æterna suppliçia. Ac dextrũ quidem ordinem placido lætoq; uultu salutans. Venite, inquiet, amicã mei, quos mundus quidem despicatos & execrabiles habuit, sed pater meus pro honoratis & laudabilibus habet. Nunc pro malis quæ mea caussa perpessi estis, accipite hæreditatem regni cœlestis, quod uobis diuino consilio paratum fuit à deo, omnium rerum præsãio, ante conditum mundum. Hoc tanto præmio compensare uisum est, officia charitatis erga me uestra, ne uobis perisse putetis. Siquidem olim cum esurirẽ, uos mihi dedistis cibum. quum sitirem, dedistis potum. quum hospes essem, tectoq; egerem, uos me collegistis in domos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uestras. quum nudus essem, operuistis me. quum ægrotarem, inuisistis me. quum essem in carcere, uos consolandi gratia uenistis ad me. impartistis mihi uestra qualiacunq; ego uobis nunc uicissim communico totum regnũ, quod mihi est cum patre commune. Hæc *quum audierint iusti, qui sic exercent opera pietatis, ut quodammodo se fecisse nesciant, respondebunt ei, dicentes.* Domine, *quando te uidimus esurientem, & pauimus. quando sitientem, & dedimus potũ? Quando te uidimus hospitem, & collegimus sub tectũ, aut quando nudũ texim us. quando uisimus ægrotũ, quando carcere clausum adiuimus?* Tum rex *palàm confitebitur sibi uelle imputari, quicqd uniauilibet fuerit impensum ex his, quos mundus quidẽ ob inopiam & humilitatem habuit despicatissimos. ipse tamen adeo non habuit pro contemptis, ut fraterni cognominis honore dignetur.* Pro *certo, inquit, dico uobis, tametsi ego nullius egebam subsidio, qui dominus sum rerũ omniũ. tamen quàmdiu ista mei respectu fecistis uniauipiam ex huiusce minimis fratribus meis, mihi fecistis.* Tum horribili *uultu uersus ad eos, qui stabunt ad læuam, sententiam proferet formidabilẽ. Discedite à me, quibus mundus applausit, cæterum patri meo mihiq; execrabiles, ite in nunquã extinguendum incendium, quod paratum erat ab orbe condito diabolo & angelis eius, quibus adhærere maluistis quàm mihi.* Etenim *quum esurirem, non dedistis mihi cibum. quum sitirem, nõ dedistis mihi*

potum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

potum. uagus erã, ac tecto egens, nec collegistis me. Nudus eram, nec operuistis me. ægrotus eram, & in carcere, nec inuisistis me. Tũ & hi totidẽ uerbis respõdebũt iudiã, qbus responderant iusti. Domine, quando te uidimus esurientẽ, aut sitientẽ, aut hospitem, aut nudũ, aut ægrotũ, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc rex respondebit & illis. Quicqd horũ officiorũ negatũ est uniuipiã ex hisce minimis iuxta mundũ, sed tamen fratribus meis, mihi negatum esse duco. In his egebam, in his refocillari uolui. Hac prolata sententia, à qua nulla est appellatio, ibunt qui à sinistris sunt in ignem æternum, iusti autem in uitam æternam. XXVI.

QVum itaq; Iesus finisset huiusmodi sermones, qbus tot modis confirmarat animos suorũ aduersus afflictiones imminentes, ne plane deijcerentur, quũ mox uiderent dominũ suũ rapi ad ignominiosum suppliciũ, tandẽ palã ausus est illis aperire diem ac modũ mortis suæ, autus mentionẽ inaulcat animis discipulorum. ne quum eam uiderent, uelut ad rem prorsus inexpectatam sic expauescerent, ut penitus despõderent animum. præsertim quum intelligerent Iesum ultro uenisse ad mortem, quã alioqui liuisset effugere. Neq; prius occidi potuisse, quã adesset ille dies, quẽ ipse suæ morti præfinierat. Is aũt erat dies paschæ, qui magna religione cælebrabatur apud Hebræos, anniuersariã memoriam sibi renouãtes eius diei, quo quondã apud Aegyptios

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

agni sanguine postibus illito, liberati sunt ab angelo interfectore, & incolumes mare rubrum transierunt. In huius rei memoriam quotannis immolabant agnum anniculum immaculatum. eumq; ab angeli transitu, mariq; feliciter transito uocabant phase. Cæterum hæc erat imago Iesu Christi, totum orbem à peccati tyrannide suo sacrosancto sanguine redempturi. qui solus omnium, à peccatorum maculis fuit immunis. Huiusce rei discipulos submonens Iesus, ait. Sàtis post biduum immolandum esse pascha, atq; eo die filius hominis tradetur ad crucifigendum. Quum igitur immineret dies ille sacer, ac lætus, cui celebrando conueniebat pijs operibus præparari, congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi. quorum autoritate decuerat populi furorem cohiberi, si quis extitisset. Congregati sunt aũt in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiaphas. Nam hi potissimum conspirarunt in Iesum, quod metuerent, ne si ille esset incolumis, sibi suus periret quæstus & autoritas. Illic igitur impio consilio decretum est, ut non palàm ac ui, sed dolo Iesu manus inijerent, & occiderent. Ergo quum de homicidio conueniret inter male concordes proceres consultatũ est de tempore. Quanquam enim uehemẽter sitiebant sanguinem innoxiũ, liuore, & odio rabidi, tamen uisum est in aliud tempus differre cædẽ, qd immineret in proximo dies ille præcipue sacer ac festus Iudæis. Verebantur enim, ne si illũ aggressi fuissent, eo die quo

populus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

populus solet frequentissime conuenire, tumultus aliqs exoriretur, propterea quod nõ paua essent in populo, qui miraculis conspectis, & audita doctrina mirabili, & animaduersa morum incredibili mansuetudine, magnifice de illo sentirent. Metuebant plebem, qui non metuebant deum, nec uerebãtur homicidio polluere diem festum, qui non ausi fuissent uesci panibus fermentatis. Hoc consilium illis satanas suggessit, cupiens occultare uictimam illam, orbi salutem allaturã. Sed aliter uisum est consilio diuino. Neq; enim deuit eam hostiam furtim abijci, quam pater uoluit, nõ pro Iudaicæ gentis tãtum, sed pro totius etiam mũdi salute immolari. Quum igitur Iesus esset in Bethania, uicinus Hierosolymis ubi erat crucifigendus, & accumberet in domo Simonis cuiusdam cognomento leprosi, adijt eum mulier quædam habens alabastrum unguenti pretiosi, fractoq; alabastro, unguentum effudit in caput eius. Discipuli quũ uiderent rem tanti precij semel effusam, obmurmurant indignantes. Sciebãt enim Iesum huiusmodi delitijs nequaquam uti solitum, & magis ex animo illius futurum fuisse, si mulier alabastrum integram tradidisset, ut unguenti diuenditi pretio subleuarẽtur inopes. Quorsum, inquiunt, tam pretiosæ rei iactura? Poterat enim uendi magno, ac pretium dari pauperibus. Hæc discipuli nõ intelligentes, quo consilio passus sit hoc Iesus. Neq; enim huiusmodi delitijs capiebatur, sed hoc honore decorari

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uoluit mortem suam, quam nulla necessitate, sed spõte p totius mundi salute passurus erat. Quum enim per oẽm uitam humillime se gesserit, mortem tamen qua deuicturus erat diabolum, aliqua magnificentia cohonestauit. Eoq; semel cum triumphali pompa uectus est Hierosolymam. & tum sepulturæ suæ honorem uelut antiqpãs, unguento perfusus est. & mortuus, in sepulchro nouo, exaso lapide, recondi uoluit. & sindone mũda inuolui, & nobilis uiri cura sepeliri. Solent autem diuitum & honoratiorũ cadauera unguentis pretiosis oblini, siue honoris gratia, siue quo tuerẽtur corpus aduersus putrefactionem. Quoniã autem sciebat se prius reuicturum, quàm hoc honoris exhiberent amicã, ante mortẽ sepulturæ pompã exhiberi passus est. uidelicet ut multis modis mortis suæ mentionẽ suorũ animis infigeret, & horrorẽ eius mitigaret honore. Quum igitur discipuli rerum harum ignari, de sumptu murmurarent, cohibuit eos Iesus, dicens. Quur estis huic mulieri molesti? pium officium mihi morituro præstitit. Non decet ut hunc honorem ultimũ mihi inuideatis. Pauperes uulgares semp habetis uobiscum, quibus licebit benefacere, me nõ semp habebitis. Non perijt hoc unguentum, sed mulier hæc præsagiens me breui moriturũ, præuenit officio sepulturam meam. & uiuo infundit, quod mortuo solet infundi. Nolite itaq; huius obtrectare pietati, quæ adeo grata est deo, ut posteaquàm Euangeliũ mortis meæ prædicabitur

per uni-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

per uniuersum mundum, simul & huius mulieris futura sit mentio, quæ pio sanctoq; officio meam præuenerit sepulturam. Hæc oratio quum repreßißet aliorum indignationem, qui simpliciter errabãt, ignari mysterij, tamen Iudam Ischariotem nequaquàm placabat, qui falso prætexuerat curam pauperum, quum illi magis esset cordi lucrum. Nam is gestabat loculos, suffurari solitus nonnihil ex his, quæ pauperibus distribuenda dabãtur â munificis amicis Iesu. Hinc ille sibi paulatim censum augebat. Quum igitur esset totus addictus teterrimo auaritiæ morbo, quod sibi in unguento perisse credebat, id ex domini prædo pensare uolens, adijt principes sacerdotum ac magistratus, quos sãcebat certis animis conspirasse in necem Iesu. neq; quicq̃ esse in mora, nisi ut sine tumultu caperetur. Ad id efficiendum nemo magis idoneus, quàm aliquis ex eorũ numero, qui proxime familiaritate domino iungebãtur, quos non fallebat, quò se solitus esset conferre Iesus. Habebat enim scæßus suos ad precandũ. Et inuentus est in illo selectißimo choro duodecim, quos sibi Christus oim primos asciuerat. cui charius esset impium lucrum, quã dominus tam mitis ac beneficus. Tanta pestis est auaritia, si cuius animũ penitus occuparit. Voluit aũt Iesus hac imagine significare futuros, q sermonẽ euangelicũ ꝓderent, studio pecuniæ corrupti. & hoc faciunt maxie ꝓfecturũ ab his, q quũ sint ecclesiasticæ religonis proceres, conscij uidentur arcanorum

norum domini sui. qui sic sunt familiares, ut eius doctri nam perperam interpretando prodant impijs ac pro= phanis magistratibus, nihil aliud captantibus quàm exi tium euangelicæ ueritatis. Aditis igitur magistratibus di xit, Quid dabitis mihi mercedis, si uobis eum in manus tradidero? Atq; illi pacti sunt cum eo, trigita denarijs. Tantula mercede ad facinus immanissimũ conduci potu rat, tamq; uili æstimatus est pretiosus ille sanguis, qui sufficiebat uniuerso mortalium generi redimendo. Aui= dus igitur & imbians promissæ pecuniæ Iudas, statim ex eo tempore captabat oportunitatem prodendi Iesum. Quum igitur adesset primus dies è septem, quibus so= lenne erat Iudæis abstinere à pane fermentato, etiam post esum agni paschalis, adeunt Iesum discipuli, di= centes. Domine, quo loco uis paremus tibi conuiuium ad celebrãdum pascha? Tanta erat inopia, ut nec ipse, nec discipuli domicilium haberent proprium, quò se re cipierent. At Iesus ut ostenderet totum negotiũ esse my= stiicum, nec casu geri, nec necessitate, sed omnia ex præsci entia consilioq; diuino, respondit illis. Ite in ciuitatem, ac mox ingressis, occurret homo quidam baiulans hydri= am aquæ, eum sequimini. & quocunq; fuerit ingressus, ingrediemini, dicetisq; patrifamilias, Magister dicit. Tẽ pus meum instat, apud te celebro pascha cum discipulis meis. Is uobis ostendet cœnaculum ingens, & adorna= tum, ibi parate pascha. Abierunt discipuli, & compe=
rerunt

rerunt omnia, quæ prædixerat illis Iesus, ac loco quo iusserat appararunt illi cõuiuium. Sub uesperam autẽ, eò se contulit Iesus, & cœnaturus accubuit cum duodecim discipulis suis. Cumq; cœnãtibus illis ait Iesus. Vnus uestrum me proditurus est. Hoc dixit, ut declararet se nihil omnino latere, simulq; ut tacta conscientia proditoris resipiscæret ad pœnitentiam. Hoc audito sermone, mœror ingens cœpit animos omnium. Sibi quisq; suspectus erat, ac diffidebat, conscius imbecillitatis humanæ. Cupientes igitur hac mœstitudine liberari, rogare cœperunt singuli. Num ego sum domine? Tum Iesus ut cæteros mœrore propémodũ exanimatos, aliquo pacto confirmaret, acriusq; feriret Iudæ conscientiã, si forte posset ad pœnitudinem commoueri, signo ærtiore designauit autorem eius facinoris, simulq; cõmonefecit arctissimæ familiaritatis, quæ debuerat illum à tam uesano scelere reuocare. Qui manum, inquit, intinxit mecũ in catino, & non mensæ solum, sed & catini sodalis est, hic est me proditurus, proq; familiaritatis officio, plusq; hostilia reditturus, quũ panis & salis cõmunio, soleat etiam ignotos amicitiæ fœdere iungere. Atq; hæc quidem ut acciderent filio hominis, sic olim erat præfinitum à patre, sic prædictum à prophetis. Sed tamen uæ homini illi, cuius scelere filius hominis proditur. Abutitur quidem illius impietate sapientia diuina, ad salutem humani generis. sed nõ ideo minus nocens ille, qui sua malicia ad hoc

facinus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

facinus perductus est, quum à me nihil sit omissum, qd illius animo mederi potuisset. Itaq; manet illum p facto tam impio, pœna crudelissima, nisi resipiscat, ut præstiterit illi non omnino fuisse natum. Hac oratione quæ uel pudore sanare poterat improbum, uel pœna deterrere impium, adeo non est correctus Iudas, ut impudentiam etiam addens sceleri, quasi nullius mali sibi conscius, rogauerit dominũ. Num ego sum is rabbi? Nec hic suæ lenitatis oblitus Iesus, respondit. Tu dixisti. Indicans eum esse magis, quàm explicans. ac suspitionem simulat, dissimulans scientiam. In hac igitur extrema cœna, quam Iesus egit cum discipulis suis ante mortẽ suam instituit sacrosanctum illud symbolum mortis suæ. ut subinde renouatum inter eos esset perpetuũ monumentum immensæ charitatis ipsius, qua nõ dubitauit uitam suam impendere redimendo mortalium generi. ne quãdo posset elabi ex animis nostris diuini illius sacrificij memoria, qua purissimus agnus nouum ac uerũ pascha, semetipsum immolauit in ara nobis deo patri, quẽ suo sanguine nobis ex irato propitium reddidit, pro nostris commissis ipse dependens pœnas, quæ nostris sceleribus debebãtur. Hoc autem symbolum arcanum duabus rebus consecrauit, quibus inter homines olim solet amicitia conciliari, ut ea charitas, qua Christus seipsum impendit suis, nos quoq; copularet. qui frequenter & ipsi ex codẽ pane comedimus, deq; eodem poculo bibimus. Simulq; spi

rituali

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rituali quadam imagine referens ritus Mosaicæ legis, iuxta quam nulla fiebat expiatio à peccatis, nisi per sanguinem hostiæ. præterea significans sese nouum fœdus euangelicæ professionis, huiusmodi mysterio cõsecrare Moses enim quum recitasset uolumen quo continebãtur præcepta legalia, populusq; respõdisset. Omnia quæ locutus est dominus, faciemus, & erimus obedientes. ex uictimis quas mactarat, parte sanguinis cratere hausta, aspersit populum, dicens, Hic est sanguis fœderis, qd' pepegit dominus uobiscum super omnibus sermonibus his. Atq; hæc quidem omnia figuris quibusdam & umbris designarant, hanc sacrosanctam hostiam, qua dominus Iesus suum corpus sponte tradens in mortem, & sanguinem suum effundens expiaturus erat totius mundi peccata. Cunctos homines gratuito reconcilians deo, quiaunq; fœdus hoc noui testamenti profiterentur. Eam uictimam, hoc fœdus signis quibusdam mystiis commẽdari uoluit animis suorum discipulorum, antequã immolaretur. ut intelligerent suam mortem, non esse uulgarem, nec odiosam, sed efficacem uictimam, ad expianda peccata, non solum Iudæorum, sed omnium gentium ac seculorum. Cæterum quoniam mors Christi non erat iteranda, ne quando tantum beneficium elabi posset ex animis hoim, neue sacrosancti fœderis semel initi, cũ salutis suæ autore poßẽt obliuisci, instituit, ut crebra cõmunione sacri panis, & aliis memoria renouaretur inter

Euange-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Euangelicæ legis professores. Atq; hoc signum inter suos milites sacrosanctum esse uoluit, adeoq; uenerandũ, ut quẽadmodum multum diuinæ gratiæ adderetur ijs, qui pure digneq; sumerent corpus & sanguinem domini. ita qui sumerent indigne sibi grauem damnationem accerserent. Accepit igitur Iesus panem in manus suas, atq; deo laudis sacrificium obtulisset, fregit ac distribuit discipulis suis dicens. Accipite comedite, hoc est corpus meum. Deinde accepit & poculũ in manus. quumq; gratias egisset patri, præbibit ac porrexit illis dicens. Bibite ex hoc poculo omnes. Hic est enim sanguis meus, noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionẽ peccatorum. Hoc quotiesunq; facietis, facite in memoriam mei. Quoties enim edetis ex hoc pane, & ex hoc poculo bibetis, mortem domini annunciabitis, donec adueniat, non iam seruator, sed iudex. Interim non erit expectanda alia hostia ꝓ peccatis, quãdoquidem hæc una sufficiat, pro abolendis peccatis totius mũdi. Dico autẽ uobis, non edam post hac ex hoc pane donec edero uobiscum completum in regno patris mei, nec amplius bibam ex hoc fructu uitis, donec bibero uobiscum nouum in regno patris mei. Nec Iudam proditorem ab hoc sacro symbolo semouit clementissimus dominus, ut hac tãta lenitate corrigeretur. Sed quoniã ille fœderis signũ accepit, quum proditionẽ haberet in animo, discessit impurior q̃ uenerat. Cũq; cæanissent hymnũ in laudẽ dei,

surrexerunt

surrexerunt & abierunt in montẽ oliueti, quẽ locũ sae bat esse notissimũ proditori, ne uideretur latitare uelle, ueluti mortis metuens, sed ultro se subdiuit in locũ soli= tarium, ut quod illi captabant absq; populi tumultu capi posset. Ibi rursus prædiat discipulis fore, ut mox grauiter turbarentur, uiso domini supplicio, sed ne penitus abijcant animũ, consolatur eos prophetia, & mox futura resurrectione, simul tẽpus, locumq; uianũ designans, ubi rursus ipsum essent conspecturi, Omnes, inquit, uos turbabimini hac nocte mea causa, sic enim deus pater prædixit per os Zachariæ prophetæ. Percutiã pastorẽ, et dispergẽtur oues gregis. Sed nõ est quod desperetis, mors animos uestros conturbabit, sed mox consolabitur resurrectio. Resurgã enim tertio die, et ubi resurrexero præcedam uos in Galilæam. Ibi me uobis conspiciendũ offeram. In hanc perturbationẽ Iesus passus est omnes suos inducere, quo factis ipsis doceret eos, quanta sit imbecillitas humanæ naturæ, q̃ sit stultũ hominẽ sibi fidere, quo sui facto periculo, discerẽt & aliorũ infirmitatẽ sublcuare. Petrus itaq; nõ satis sibi notus, fortitudine quadã humana ac tẽporaria, negat futurũ, quod Christus ex prophetia futurũ prædixerat, quodq; maioris erat temeritatis, unũ se cæteris omnibus anteponit, Et si omnes, inquit, perturbati fuerint tua causa, ego tamen nõ perturbabor, Ad quem Iesus, Quid ais Petre, tu solus omniũ non perturbaberis? Imò illud pro certo dico tibi, priusq; gallus

y hac nocte

hac nocte bis cantet, ter me abnegabis. Ac ne sic quidē Petrus agnoscens imbecillitatem suam, pertinaciter respondit, Etiam si mihi tecum moriendum fuerit, non te abnegabo. At Petri temeritatem imitati sunt, & reliqui apostoli Christum & ipsi abnegaturi, si similis illos arctasset necessitas, quæ Petrum. Tū Iesus sciens instare tempus, quo uentura esset tempestas suprema, abduxit discipulos suos undecim (nā Iudas exierat à cœna) in uillam quæ dicitur Gethsemani. Hic iussit octo subsidere, qui tamen ægre diuellebātur à magistro, quem amabāt uehemēter quidem, sed tamen affectu adhuc humano, Commoremini, inquit, hoc loco, donec secedam in locum solitum, & orē illic. Non ausus est enim hos uelut imbecilliores agonis sui testes facere, ne defiærent animis, sed tres duntaxat secum assumit. Petrum ac duos filios Zebedæi, ut quos in mōte spectatores adhibuerat suæ maiestatis, nūc testes haberet extremæ imbecillitatis humanæ, simulq; doceret, ut quoties ingruit huiusmodi malorum tempestas atrocior, q̄ ut humanæ uires ferre possint, prorsus diffisi nobis, totos nos diuino præsidio committamus. Est autem mortis horror, si quando corripuit hominem, uel ipsa morte acerbior. Hic igitur tū cœpit inuadere Iesum sensitq; mirum animi dolorem ac mærorem. Nec enim animi cruciatum obscurum esse uoluit suis amicis selectis quo planè uiderent illum esse uere hominem, corporis pariter atq; animi affectionibus obnoxium, Mœsta, inquit,

est

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

est anima mea usq; ad mortem. Subsistite hic & uiglate meam, tempus enim hoc non somnium postulat, sed uiglantem, & intentam deprecationẽ. Progressus igitur pusillum Iesus, à tribus discipulis, prono capite, faciem deflexit in terram, atq; ita prostratus patrẽ deprecatus est dicens, Pater mi, si fieri potest, transfer hoc mortis poculũ à me, nam sentio corporis affectum uehementer abhorrentem à morte. Veruntamen fiat, non quod ego uolo, iuxta corporis imbecillitatem, sed quod tu uis ad salutem humani generis. Hæc precatus redijt ad discipulos suos, ac repperit eos dormiẽtes, dicitq; Petro, Sicine, qui modo iactabas te moriturũ mecum, non potuisti uel unã horam uiglare mecũ? Ego pro uobis uiglo & oro. Vos unà mecũ uiglate, & orate patrẽ, ne incidatis in tentationem, & superemini. Nõ nisi uiglantibus contingit uictoria. Spiritus quidẽ promptus est, sed caro est infirma. Hæc igitur ne spiritũ obruat, uiglandũ est, et spiritus auxilio diuino fulciendus. Sic exitatis suis, rursus abijt Iesus, atq; iterum totidem uerbis orauit patrem. Pater mi si fieri non potest, ut poculũ hoc transeat à me, nisi bibero ex eo, fiat uoluntas tua. Deinde denuo reuersus est ad discipulos suos, ac rursus eos repperit dormientes. Erant enim oculi eorũ uehementer grauati. mœrore conduplicãte somnolẽtiã. Itaq; relictis illis, tertio abijt, solus oraturus pro suis, quãdoquidem illos carnis imbecillitas obruebat. Ac tertio precatus est eundem sermonẽ, quo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nos docæret pertinaciter ac uchemẽter orandũ, quoties imminet procella tẽtationis, tũ enim adsunt angeli, et robur addunt spiritui. Mox redijt ad discipulos, exprobrauit illis intempestiuã somnolentiã, quũ tempus summã exigeret uigilantiam. Iam enim adest tẽpestas, quæ uos imparatos, & ideo impares reperiet, Iam, inquit, dormite et quiescite. En adest hora, qua filius hominis innocens tradetur in manus impiorum. Surgite igitur, eamus obuiam uenienti malo. Ecce in proximo est, qui me prodit. Nondũ finierat hũc sermonem Iesus, & ecce Iudas Iscariotes unus è numero duodecim, uenit, dudũ Iesum ducẽ sequẽs nũc factus scleratæ turmæ dux scleratior. Sequebatur eũ illũ ingens turba satellitũ, cũ gladijs et fustibus, quos in hoc miserant principes sacerdotũ, ac seniores populi, ut absque tumultu populi caperetur Iesus. Quanq̃ enim decreuerant sacinus hoc in aliud tempus proferre, tamen oblata proditoris oportunitate, mutauere sententiã. Eoq; Iudas & noctem delegerat, & locum in quo solitus erat cum paucis orare. Denique ne uel in persona erraret, proditor docuerat illos, quo signo Iesum agnoscerent, Cuicũque, inquit, dedero osculũ, ille est, inijcite illi manus. Præcessit igitur Iudas Iscariotes, ac ueluti salutandi causa adijt Iesum dicẽs, Aue rabbi, simulq; dedit osculũ, quod olim honoris, & officij gratia fieri consueuit à salutantibus. Iesus autem quo perfectum ubiq; mansuetudinis exẽplar præberet suis, nec impiũ discipulum ab osculo repulit,

nec

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nec exprobrauit illi suam uesaniã, sed blando dicto tetigit illius conscientiam, dicens, Amice cuius rei gratia ueni sti? Sic enim accesserat cum osculo, quasi nouæ rei oppiam dicturus. Ad hoc signũ accurrit turba, & manus iecerunt in Iesum, ac tenuerunt eum. Ad hunc tumultũ uehementer commoti sunt discipulorum animi, quos ideo Iesus passus est in hunc affectũ prolabi, ut omnem ulciscendi, defendendiq; sui cupiditatem penitus ex animis eorum reuelleret. Ac Petrus quidẽ, uel quia cæteris ubiq; feruentior, uel quia magnifica quædam de se pollicitus fuerat, ne domino suo deesse uideretur, educto gladio percussit Malchũ seruum Caiaphæ, & amputauit auriculam eius dexteram, sic ictum moderante Iesu, ut & leue uulnus esset, & id quicquid erat mox sarserit, restituta auricula. Cæterũ Petrus, pio quodam erga dominũ amore errauerat, & hunc errorẽ propemodũ ex uerbis Iesu non intellectis hauserat. Iusserat enim eos diuendita tunica emere gladios. quumq; respondissent adesse gladios duos, aiebat, sufficit. At illi putantes illum de ferreo gladio loqui, quũ Iesus de gladio spirituali sentiret, à cœna gladios secum extulerant, defensuri dominum suũ, si res ita tulisset, aut si ille iussisset. Vt igitur hũc affectũ penitus reuelleret ex animis omniũ discipulorum, acriter obiurgauit Petrũ, Repone, inquit, gladiũ in locũ suũ, qui gladio rẽ gerũt, gladio pereũt, ultionis talione reciprocãt in caput ipsorũ. Nobis nõ est opus isthac

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

defensione, qui tolerando melius uinamus, q̃ occidendo Alioq̃ an mihi putas defutura præsidia, si placeret ista defensio? An nõ possem rogare patrẽ meum, & is mihi pro duodecĩ discipulis, mitteret mihi auxilio duodecim legiones angelorũ? Sed ita uisum est patri, ita prædictũ est à prophetis. Neq; quicq̃ horũ casu fortuito ue geritur. Tũ Iesus cõuersus ad turbã dixit, nũc armati gladijs & fustibus prodistis, ad cõprehẽdendum me. Atqui quum quotidie sederem apud uos in templo docens, et sanans ægrotos nõ mihi inijcebatis manus. Nũc nocte intẽpesta, silentẽ quæritis in scæßu. Sed hæc omnia fiũt nõ uestra uiolentia, sed dispensatione cõsilij diuini, de quo iã olim uaticinatæ sunt scripturæ prophetarũ. Hoc audito discipuli, uidẽtes nullã eße spẽ, Iesu sese offerẽte ad neccẽ deserto domino fugerũt. Illi uero nec cõmemoratione doctrinæ, beneficentiæq; Iesu deliniti, captũ abduxerũt ad domũ Caiaphæ principis sacerdotũ, quò scribæ & seniores cõuenerãt. Petrus aũt solus, nã cæteri discipuli metu territi, alius aliò fugerant, tãetsi nõ successerat pugna, tamẽ nõ poterat oĩno abijcere curã domini, quẽ uehemẽter amabat, nec rursus audebat adeße, sequitur tamẽ utcũq; procul, ac tandẽ per tenebras ingreßus est ignotus in atrium Caiaphæ. Tandẽ ingressus intro, sedebat admixtus ministris, ad prunas calefaciens se, ut quando nõ poterat defendere Iesum, saltẽ uideret quis eßet exitus iudicij. Siquidẽ adhuc nõnulla spes alebat animũ Petri. Porrò

primã-

primãpes ſacerdotũ, totũq; cõsiliũ, quo ſpeciem aliquã legitimi iudicij prætexerent, ſubornare ſtudebãt falſos teſtes aduerſus Ieſum, cuius tanta erat innocentia, ut hoc quoq; difficile fuerit ſic de illo mentiri, ut aliquã ueri faciem haberet mendaciũ. Quũq; multi prodiſſent falſi teſtes, ſed quorũ ipſa ſe teſtimonia refellerẽt adeo male cõpoſita, ut nec apud illos iudices, & apud talẽ coronã haberẽtur idonea, tãdẽ prodeũt duo falſi teſtes, q dixerũt Hic dixit, poſſum deſtruere templũ dei, & poſt triduum inſtaurare illud. Huius mendacij occaſionem ſumpſerant ex uerbis Chriſti, qui dixerat, Soluite templũ hoc, & in triduo ſuſcitabo illud, Nimirũ ſignificans ſe quidem ab illis occidendũ, ſed intra triduũ reuicturũ. Ea uerba nõ intellecta, deprauabant etiã teſtes, quo res eſſet odioſior. Nõ enim dixit poſſum deſtruere, ſed ſoluite uos, nec dixerat reædificabo, ſed ſuſcitabo, alludens ad corpus exanimãdũ, & reuicturũ. Hoc igitur teſtimoniũ quoniã aliqd põderis habere uidebatur, nec reperiebatur aliud magis idoneũ, ſurrexit princeps ſacerdotũ, & iudicis æqui ſimulãs imaginẽ, quaſi Ieſu facturus poteſtatẽ defendẽdi ſui dixit, Nihil reſpõdes ad hæc teſtimonia quæ ferũtur aduerſus te? Ieſus autẽ obticuit, ſciẽs qcquid dicturus eſſet, rapiẽdũ in calũniã. Tum princeps ſacerdotum cupiens extorquere nonnihil unde condemnaretur Ieſus, iam enim illius ueſaniæ longa erat omnis mora, ait illi, Adiuro te per deum uiuum ut dicas nobis, an tu ſis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Christus filius dei. Erat hoc insidiosum problema pontificis impij. Si negasset se filiũ dei, exclamaßet, quur igitur tibi sumis quod non es? Si affirmasset, calumniaturus erat blasphemiã. Si obtauisset adiuratus, uisus fuisset cõtemnere deum, & autoritatem summi sacerdotis. Qualis autem erat qui adiurabat? Sacerdos pontifex, qui honorẽ annuũ pecunia meratus fuerat ab Herode, et per deũ adiurat q dei filiũ oppugnabat. Iesus tamẽ ueluti destrẽs honori quẽ gerebat, rogatus an eßet Christus filius dei, respondit, Tu dixisti. Sic confitens eße se quod erat, ut tamen uitarit arrogantiæ notam. Et adiecit, quod impiũ põtificem ab instituto facinore debuerat reuocare, Attamen inquiens, illud dico uobis, post hac uidebitis filium hominis assidẽtẽ dextrum uirtuti dei, cũq; maiestate uenientẽ in nubibus cœli. Subindicabat se tũ humilẽ, & ab impijs cõdẽnatũ, olim uenturũ cũ potestate diuina, iudicem totius mũdi. Hoc sermone magis etiam irritatus princeps sacerdotũ, quo ficto religionis studio, Christi crimẽ faceret atrocius, discidit uestimenta sua, & ait, Loquutus est blasphemiã. Vsurpat sibi diuinos honores, quum sit homo. Quid præterea testibus opus est? Ecce nũc audistis blasphemiã manifestariã? Quid uobis uidetur? Illi respõderũt, Cõmeruit mortẽ. Tunc uelut in iure damnatũ sæuire cœperũt ludibrijs, quorũ nihil non mansuetißime passus est Iesus, ut absolutum exemplum tolerantiæ suis exhiberet. Expuebãt in faciem eius, & uelata facie eius,

impingebant

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

impingebant illi colaphos. Rursus alij palmas inaurebāt in faciem eius dicētes, Vatiānare nobis Christe, quis est, qui te perauſsit. His contumelijs exprobrabant ei, quod Messyas haberi uoluisset, quod prophetæ titulo fuisset à populo honoratus. Interea Petrus sedebat foris in atrio procul contemplans triste spectaculum, et operiens exitum rei, nec audens accedere propius, ne à ministris agnoscæretur. Et adijt cum ancilla quæpiam, noscitans illum & ait. Tu quoq; fuisti aſsectator istius Galilæi. Hic Petrus ad ancillæ uocem exanimatus, et oblitus illius magnificæ uocis, qua dixerat Christo, Et si opportuerit memori teum, non te negabo, corā omnibus abnegauit dominum suū dicens, Nesāo quid dicas. Et continuo gallus cantauit. Quum autē parat exire, in ipsis foribus uidit illum altera ancilla, quæ prodens illū ministris astātibus ait, Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et rursus abnegauit, adiurans se non nouisse hominem. Ac paulo post quidam ex his, qui astabāt agnoscentes Petrum diæbant. profecto et tu ex hoc numero es. Siquidem non facies solum, sed et sermo tuus te prodit, quod Galilæus sis. Tūc magis etiā expauefactus Petrus, cœpit non solum abiurare Iesum, sed et execrationibus deuouere seipsum, si nouisset hominem. Et continuo gallus iterū cantauit. Post hæc intuitus est illū Iesus, et oculis illi loquens admonuit Tunc demū Petrus ad se reuersus, recordatus est quod ipsi prædixerat Iesus, iactanti fortitudinem suā, priusq

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gallus bis cantet, ter me negabis. Quoniã autem expauefactus metu peccarat imbecillitate humana, nõ destinata malicia, meruit misericordiam, passus est hoc Christus in suo apostolo selecto, ne quis, q̃uis grauiter lapsus desperaret de ueuia, modo resipiscat, et animi maculã lachrymis abluat. Petrus enĩ qui sibi uelut excãderat, ad intuitum Iesu, statim resipuit. Et egressus foras fleuit amare.

CA. XXVII.

HIs igitur impijs ac crudelibus factis ea nox peruigilata est religionis antistitibus. Porrò quũ appeteret dies, rursus inierunt consiliũ principes sacerdotũ, et seniores populi aduersus Iesum, ut eũ morti traderẽt. Vinctũ itaq; tradiderũt Pontio Pilato præsidi, ut in damnatũ animaduerteret. Hic Iudas qui prodiderat eũ, uidens, quod iam dãnatus esset, et ad extrema pertenderẽt, actus pœnitentia, retulit triginta argẽteos principibus sacerdotũ, et senioribus populi dicẽs, Peccaui, qui pdiderim sanguinẽ innoxiũ. Huius certe cõfessio debuerat cõmouere principũ animos. Fatetur auaridæ morbo factũ, et innocentẽ fatetur, quẽ prodidit. At illi prorsus efferati, nec aliud quã innoxiũ sanguinẽ sitiẽtes, respondẽrũt, Quid nostra refert, an nocentẽ prodideris, an innocentem, tu uideris. Iudas iam lucri pœnitens, cupiebat pacta resandere, sed illorum crudelitas, nullo modo potuit mitescere. Iudas igitur abiectis ad pedes illorũ argenteis, recessit, et impium scelus, grauiore scelere cumulauit. Agnouit magnitudinẽ sceleris sui, sed

non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non agnouit magnitudinē misericordiæ diuinæ. Fleuit Petrus amare, et misericordiā consecutus est. Fleuit et Iudas, sed abiecto magis animo, q̄ conuerso, et ideo digressus, suspendit se laqueo, et crepuit medius, et effusa sunt uiscera eius. Hinc rursus cōsultatio inter principes sacerdotum, qui quo notior esset omnibus ipsorū immanitas, nihil absq; cōmuni consilio peragebāt. Deliberāt in quem usum essent collocandi triginta argentei, quos Iudas ad pedes illorū abiecerat. Et præposterè religiosi, quū illis nulla esset religio occidere innoxium, et sic de ipsis meritum, Non est phas, inquiūt, pecuniā hanc referre in corbonā, hoc est in donaria tēpli, quibus multū religionis tribui uolebant. Est enī pretiū sanguinis. Non oportet autē tēpli sanctimoniā sanguine pollui. Atq; interim produnt scelerātam conscientiam suam, confitētes innoxium, cuius proditionem emerant. Itaque ne non esset scelus omnium commune, coacto consilio, mercati sunt ea pecunia agrū figuli cuiusdam, uidelicet in pios usus, ut illic sepelirentur peregrini, ueluti scelus, quod erat in manibus, hoc officio pensaturi. Et tamē hac uia pessime cōsuluerunt suæ famæ. Nec enī alio pacto poterāt magis traducere suā impietatē. Si quidē res adeo uenit in fabulam uulgi, ut hodie quoq; ager ille Syris dicatur Acheldema, hoc est, ager sanguinis. Nec hoc fortuito factū est siquidē hoc fore prædixerat Hieremias. Et accperunt triginta argēteos pretiū appreciati, quod appreciauerūt

à filijs

à filijs Israël, & dederunt eos in agrum figuli, sicut cõstituit mihi dominus. Quũ igitur Iesus staret ante præsidem, ueluti reus, instanter acausabant eũ de multis, silentes interi de blasphemia, de religione tẽpli uiolata, deq; aduentu filij hoīs, quibus rebus saebant Pilatũ alienum ab huiusmodi superstitione leuiter commouendum esse, ingerunt alia ficta crimina, quæ præsidis animum in Iesum possent accẽdere. Hunc inquiũt, cõprehendimus subuertentẽ gentẽ nostrã, & prohibentẽ tributa dari Cæsari, et dicentẽ se Christũ regem esse. Pilatus audita mentione regis, quoniã hoc ad Cæsarẽ ptinere uidebatur, rogauit Iesum. Tu ne es rex Iudæorũ? Iesus ne nihil respondẽdo superbus uideretur, ait. Tu dicis. Nõ omnino negans se regem, sed tamẽ addens regnũ suum spirituale esse, non mundanũ, ut hoc nihil ad Cæsarem aut Herodẽ pertineret. Rursum quũ instarent accusatores, Pilatus capiens ex ipso eliere, quo liberaretur, nõ audis, inquit q̃ atrocia crimina impingũt isti? Iesus autẽ ad hæc nihil omnino respõdit, ita ut uehementer admiraretur præses hominẽ innoxium, in periculo capitis, tanta mansuetudine obtiæsere. Pilatus ex ipso uultu habituq; Iesu perspiciẽs illũ procul abesse à suspicione affectati regni, ait ad principes sacerdotũ, et horũ comites, Non reperio quicq̃ noxiæ capitalis in hoc homine. At illi tanto magis inualescebant dicẽtes, Seditiosus est, cõmouit populũ doctrina sua, obãbulans per uniuersam Iudæã, ex

orsus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

orsus à Galilæa, ad hunc usq; locũ. Pilatus intelligẽs innoxiũ esse Iesum, sed sacerdotes & scribas inuidia stimulatos, moliri, qd' meliebantur, idcoq; captans occasionẽ absoluendi Iesum, aut certe à suo tribunali ablegandi, quũ audißet nomen Galilææ, rogabat cuias esset Iesus, quũq; cognouißet, quod eßet oriũdus ex ea parte Galilææ, cui imperabat Herodes, remisit eũ ad Herodem, qui tũ forte Hierosolymis erat. Herodes aũt conspecto Iesu, uehementer gauisus est, multũ enĩ temporis erat, quod tenebatur cupiditate uidendi Iesu, propterea quod fama prodigiosa quædam de illo sparserat. Itaq; sperabat fore, ut apud se quoq; miraculum aliquod ederet. Quũq; multis de rebus percontaretur illũ Herodes, Iesus nihil respondit, qui non in hoc uenerat, ut principũ curiositatem delectaret, sed ut hominũ saluti consuleret. Quũq; et apud hũc multis nominibus accusaretur, neq; quicq̃ respõderet, spreuit illũ Herodes cũ sua cohorte: ac ludibrij causa ueste alba indutũ, remisit ad Pilatum. Atq; hac occasione facti sunt amici Pilatus et Herodes, quũ antea dissidiũ fuisset inter eos. Pilatus itaq; cõuocatis principibus sacerdotũ, magistratibus ac plebe, testatus est se nihil cõperisse in Iesu criminũ, quæ illi multa obijiebant, quin et Herodẽ uelut insontẽ dimisißc, nõ facturũ, si cui capitali crimini iudicasset obnoxiũ. Vt autem placaret inuidiã Iudæorũ. emendatũ, inquit, illũ dimittam. Quumq; nihil his uerbis proficeretur, quæriti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aliam ansam liberandi Iesum. Mos erat apud Iudæos, ut in die festo religõis gratia, præses dimitteret eis unũ aliquem ex ijs, qui seruabantur in uinculis. Habebat autem tum in uinculis insignẽ quendam ac famosum latronem, cui nomen Barabbas, quod nomen sæcbat inuisum populo. Conuocatis igitur ad se Iudæis, rogabat, Vtrum uellent sibi condonari, Barabbam, an Iesum, sperans fore, ut præ tam infami, notæq; uiolentiæ latrone, mallent absolui Iesum. At iterum sedente pro tribunali præside, mittit ad eum uxor, qui diceret illi suo nomine, ne se contaminaret sanguine hominis innoxij, se enĩ uisis horribilibus, ea nocte fuisse Iesu causa uexatã. Nec hoc temere acidit, sed dispensatione diuina. ne quis esset unde nõ haberet testimonium innocentiæ suæ Iesus. Illud enim magnopere referebat, ut constaret omnibus, mortẽ eam nobis redimendis fuisse gratis impensam. Quumq; populus nutaret, utrum mallent sibi donari, suasu sacerdotũ & seniorum factum est, ut sibi posærent Barabbã, & huius loco Iesus ocideretur. Tale est iudiciũ, et hæc est gratitudo populi. hæc est simulata sacerdotũ, ac maiorũ religio. Religio erat illis ingredi prætoriũ Pilati, quo puri comederẽt agnũ paschalem, et religio nõ erat innoxium, tot uirtutibus, ac beneficijs spectatũ, tanta uesania ad mortẽ adigere. Pilatus itaq; rursum proposuit, utrũ uellent dimitti. Barabbã an Iesum. Illi acclamabant Barabbã. Rursum Pilatus. quid igitur faciã de Iesu, qui

diatur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diatur Christus? Sperans fore, ut mitiore quapiã pœna forẽt cõtẽti. At illi magno uocũ cõsensu acclamarũt cruciãfigatur. Erat hoc supplicij genus ut atrox, ita cũ primis infame. Rursum Pilatus, Cruãfigã innoxiũ? Quid cõmeruit? Nihil in eo comperio dignũ supplicio capitis Castigatũ itaq; dimittã illũ. His uerbis magis etiã accendebatur insania populi uociferantis Tolle tolle cruãfige hominẽ. Pilatus animaduertens quod tentatis omnibus nihil proficeret, sed maior excitaretur populi tumultus, prius absoluit Iesum, quã dãnaret. Siquidẽ præsente populo sumpta aqua lauit manus suas dicens. Innoxius ego sum à sanguine iusti huius, uos estis mortis autores non ego, in uestrũ caput recidet ultio sanguinis innoxij. Nec hac uoce deterriti sunt infelices Iudæi, sed simul uniuersus populus exclamauit, Veniat sanguis eius super nos & super filios nostros. Sibi ac posteris suis imprecati sunt exitiũ. Sed Christus clementior in illos, q̃ eßent in sese, neminẽ reppulit à uenia, modo resipisceret. Cõplures enĩ post adorauerũt crucẽ Christi, qui tũc in turba clamauerãt, Tolle tolle cruãfige. Pilatus itaq; uictus illorũ pertinaci uesania, cõdonauit illis Barabbã, autorẽ seditionis & homicidam, & omniũ iudicio damnatũ, etiã ante iudicium. IESVM autẽ ex more Romano flagris cæsum, tradidit, ut cruãfigeretur. Tũc milites præsidis quũ accepissent Iesum in prætorio, congregauerũt ad eũ uniuersam cohortẽ, ut ex inoxij ludibrijs crudelissimã

aperent

capercnt uoluptatē, partim ingenio suo obsequētes, partim à Iudæis instigati. Quoniā aūt audierūt quod se regē faceret Iudæorū, uelut exprobraturi homini tam contēpto, superbiā affectati regni, spoliatum uestibus suis, induunt ei chlamydē coccineā, uide licet palliū regale. Deinde diadematis loco, coronā imponūt capiti ē spinis contextam. Sceptri loco, arundinē dant illi in dextrā. Iamq; uelut cōsalutantes nouū regē, flexis genibus cerā eo, illudebant dicentes, Auc rex Iudæorum. Nec his contenti contumelijs, expuerunt in eū, & arundine, quā sceptri uice dederant, percutiunt spinis coronatum caput eius, Quūq; nihil contumeliæ omitterent, ille summa mansuetudine passus est omnia, quo suis ederet absolutū exemplar tolerantiæ. Posteaquā igitur milites, omni ludibriorum genere satiassent animos et oculos cohortis, rursus detrahunt illi chlamydem, et induerunt eū uestimentis proprijs, quo magis agnoscretur ab omnibus. Educunt igitur Iesum ē prætorio baiulantē crucē suam. Atq; inter eundū reppererūt Simonem quendā Cyrenæū, quē compulerunt baiulare crucē Iesu, & uenerunt in locū ubi cruciffigēdus erat, qui Syris dicitur Golgotha, id est Caluariæ locus, quod funestus esset ossibus & caluarijs interfectorū. Hic ne qua pars esset corporis à cruciatu libera, aut ne quid omitteretur ludibrij, porrexerūt illi poculum ad bibēdum, aceto ac felle temperatū, ut impleretur, quod scriptum est in uatinio. Dederunt in escam

meam

meam fel, & in siti potauerunt me aceto. Vbi uero gustasset Iesus, noluit bibere. Cæterũ posteaq; cruci fixissent eũ, partiti sunt inter se uestimenta Iesu. Cæterum pro tunica, quæ sic erat contexta, ut dissui non posset, sortiti sunt. ut perficeretur quod dixerat prophetia. Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestẽ meam miserunt sortem. Et assidentes cruci seruabant eum, ne quis tolleret eum. Quin & titulus ludibrij caussa impositus est cruci. Hic est Iesus rex Iudæorũ. q tamen ipse honorificentior erat quã ut ferre possent Iudæi. Siquidẽ apud Pilatũ egerant ut is titulus corrigeretur, nec poneretur rex Iudæorum, sed hic ferat se regem Iudæorũ. Atq; hac una in re passi sunt Pilatũ uincere. Quin & hoc curatũ est à Iudæis, ut simul cum eo cruci figerentur duo latrones, sic ut Iesus medius, à dextris haberet unum, ad læuam alterum, ut omnibus & ipse uanus & impostor haberetur, & illorum similis, quibus erat adiunctus. His tantis malis non dum erat saturata Iudæorũ crudelitas. Insultant crucifixo, ac præteuntes, conuicia iaciebant in eum, motis capitibus subsannantes eum, ac dicentes, Vah, tu ille, q demoliris templũ dei, & in triduo rursus instauras? Polliceberis alijs salutẽ, nunc saluũ fac temetipsum. Iactabas te filium dei, nunc igitur desende de cruce. Similiter & primãpes sacerdotũ unà cum scribis & senioribus populi, conuicijs insultabant illi. Alijs salutẽ contulit, nunc sibijpsi non potest esse saluti. Si rex Israël est, ut uideri

 uoluit,

uoluit, declaret nunc quid possit, descendat de cruce, & credemus ei. Confidit in deo, quem iactabat patrem suum, liberet eum nunc, si diligit eum. Atq; ut omni ex parte cõuicijs inæsseretur innocentissimus Iesus, latrones quoq; supplicij socij similia quædã exprobrabant illi. Quæ oĩa pertinaci patiẽtia tolerauit Iesus, ut perageret salutiferũ illud pro oĩbus sacrificiũ. Continuit uirtutẽ diuinam, & humanã naturã totã oĩbus cruciatibus exposuit. Et adeo non regessit, aut ultus est tam atrocẽ maledicentiã, etiã morienti irrogatam, & ipsa cruce acerbiorem, ut patrẽ interim deprecatus sit pro militibus, ac Iudæis insultantibus, & alterũ à latronibus resipiscentem receperit in paradisum suũ. Sol ipse sensit innoxij supplicii & huius facinoris tam impij non sustinuit esse spectator. Obduxit atra nube faciem suã, & totã eam regionem caligo quædam obtexit, ab hora sexta usq; ad horã nonam. Nec interim discuti potuit caligo Iudaicarũ mentium. Porrò circiter horam nonam, Iesus clamat uoce magna, dicens illud è psalmo. Heli heli lama sabachthani. Deus meus, deus meus, quare me deseruisti? Quidã aũt astantes, & audientes procul Heli, ac suspicantes eum implorare auxiliũ Heliæ, dicunt, Heliam uocat iste? Videamus an opituletur illi. Tum Iesus, ut ostenderet uerã esse mortem, quam pro omnibus oppetebat, Clamauit, sitio. Solet enim sitis uulnera, & sanguinis profusionem comitari, quæ nonnunquam est illis supplicium morte atrocius.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

atrocius. Et accurrens quidam spongiam imbutam aceto, impositam summae arundini admouit ori pendentis. Vehementer sitiebat Iesus salutem hominum, sed Iudaei praeter fel & acetum nihil offerunt. Itaq; rursus abstinuit dicens, Consummatum est, significans nihil esse praetermissum, quod ad eius sacrificij ritum pertineret. Moxq; ut declararet sese sponte ponere animam suam, ubi spiritũ suum patri commendasset, emissa magna uoce, & inclinato capite mortuus est. Ac protinus omnia testata sunt mortem efficacem domini Iesu. Siquidẽ uelũ templi quod separabat sancta à reliqua parte templi, ultro fissum est in duas partes, indicans Mosaicae legis umbras posthac euanituras, ad coruscantem Euangelij lucem. ad haec terra conuassa est, & petrae fissae sunt, Iudaeis exprobrantes cordis inuinabilẽ duriciem. Monumenta aperta sunt, multaq; corpora sanctorum qui mortui fuerant, reuixerunt, & egressi è monumentis post Christi resurrectionem uenerunt in sanctam ciuitatem Hierusalẽ & apparuerunt multis, praecones ac socij resurrectionis Iesu. Porrò centurio & huius comites, qui aderant ut seruarent Iesum, sentientes terraemotum, tenebras, petras fissas, caeteraq; prodigia, uehementer timuerunt dicentes, Vere filius dei erat iste. Aderant autem illic & foeminae complures, procul spectantes quae gerebantur, quae sequutae fuerant Iesum à Galilaea, subministrãtes illi necessaria, inter quas erat maria Magdalene

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& Maria mater Iacobi, & Ioseph, itē mater filiorū Zebedæi. Quum aūt imminēret nox, diues quidā Decurio Arimathiensis noīe Ioseph, q & ipse fuerat disāpulus Iesu, adijt præsidē petēs sibi donari corpus Iesu. Pilatus admiratus si iam esset mortuus, uir florenti ætate, & cuius crura non fuissent fracta, simulatq; ex Centurione certo cognouit esse mortuū, iussit illi donari corpus examine. Ille acceptum inuoluit sindoni mundæ, ac reposuit illud in monumento nouo, quod excāderat in saxo. Et ad uoluto saxo ingenti ad ostiū monumenti, abijt. Et hoc actū consilio diuino, ne sæuirent in cadauer, aut ne qs suffosso sepulchro posset furtim tollere. ~~Ac cæteris quidē digressis~~, perseuerarunt illic duæ, maria Magdalene & altera quædā, sedentes è regione sepulchri, & expectantes quod promiserat dominus se reuicturū. Postridie uero parasceues, rursum principes sacerdotū & Pharisæi conueniunt ad Pilatū, confirmaturi resurrectionis ueritatē, dum eam conantur impedire, diuntq; præsidi, Domine, recordamur quod impostor ille, dum adhuc uiueret, dixerit se post triduū resurrecturū. Iube igitur custodiri sepulchrū usq; in tertiū diē, ne ueniant disāpuli eius, et suffurentur corpus eius, plebiq; persuadeant eū resurrexisse. Quod si fiat nihil promouerimus, sed erit error posterior peior priore. Ait illis Pilatus, Habetis custodiam, ite custodite sicut nostis. Illi uero dum resurrecturo conantur exitū occludere, auxerunt miraculum

& fidem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& fidem resurrectionis. Adhibitis custodijs munierunt sepulchrũ, lapide quoq; q claudebat os sepulchri obsignato, ne quid fraudis esse possit uel in custodibus.

QVum aũt adesset uespera sabbati) prioris, cuius finẽ excipiebat diluculũ diei sequẽtis, qui primus erat hebdomadæ successuræ, Maria Magdalene, & illa altera Maria, nocte paratis aromatibus, mane rursum adierunt sepulchrũ, ut uiderent qd esset actũ, & ungerent corpus Iesu. Et factus est terræmotus ingens. Quũq; mulieres inter se consultarẽt quomodo possent amoliri lapidẽ ab ore monumẽti (erat enim maior, quàm ut fœmineis uiribus posset amoueri) ecce angelus domini descendens de cœlo, amouitq; saxũ ab ostio monumenti, ac deinde insedit illi. Erat aũt facies angeli similis fulguri, ac uestimenta eius niueo candore luentia. Ad huius aspectũ expauefacti sunt custodes sepulchri, adeoq; exanimati, ut mortuis similes stupefacti iacerent. Angelus aũt consolatus est mulieres dicens, Isti merito exanimantur, ad gloriã resurrectionis, q perseuerant in incredulitate sua. Cæterũ nolite timere uos, scio enim quod Iesum quæritis, q crucifixus fuit. Iam reliqt sepulchrũ ac præstitit quod se facturũ promiserat, hoc est, tertij diei diluculũ. Itaq; resurrexit. Venite uidete locum, qui corpore uacuus, corporis adhuc habet uestigiũ, habet & corporis exuuias, linteа quibus fuit inuolutus. Hæc uobis fidem facient, si mihi parũ creditis. Sed pro-

XXVIII.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pere abite & annunciate hæc, quæ uidistis reliquis discipulis, morte domini sui mœstis, quod resurrexit. Quē si uidere cupitis, ecce præcedet uos in Galilæā, quemadmodum ante mortē polliciatus fuerat, ibi licebit eum aspicere uiuum, quem luxistis mortuū. Ecce prædixi uobis. Et inspecto monumento uacuo, quod occlusum compererant, celeriter regressæ sunt, partim pauidæ ob magnitudinem miraculi, partim ingenti gaudio correptæ, ob desiderium ac spem uidendi dominū reduiuum, currunq; ut hoc gaudium communicent discipulis Iesu. Atq; inter eundum, obuius fit illis Iesus, quo certiora nunciare possent. Quibus pauidis, ut animum redderet, dixit, Auete. Illæ uiso & agnito domino, adierunt & amplexæ pedes adorauerunt eum. Rursum Iesus, ut illis omnem pauorem adimeret, quo rectius perciperent, quæ essent dicenda, ait, Nolite timere. Ite nunciate fratribus meis, quæ uidistis, ac iubete eos proficisci in Galilæam, ibi me uidebunt. Quæ quum abissent, quo resurrectionis fides etiam inimicorum testimonio confirmaretur, quidam è custodibus relicto sepulchro, abierunt Hierosolymam, ac renunciauerunt principibus sacerdotum quæ gesta fuerant, quemadmodū clauso & obsignato sepulchro, non esset repertum corpus. Et quemadmodum angelus mirabili specie submouerit saxum, deq; terræmotu, & quemadmodum metu fuerint exanimati. Et quemadmodum audierint angelum cum mulieribus colloquentem. Hæc

ubi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ubi audissent à custodibus sacerdotes, inito rursus consilio cum senioribus, quum res esset manifestior, quàm ut posset dubitari, mendacium ab illis pecunia redimunt, quemadmodum ante proditoris operam pecunia redemerant, nisi quod maiore summa redimunt operam mentientium, quàm prodentis. Tacete, inquiunt, quæ uidistis, sed in uulgus spargite quod discipuli eius noctu uenerint, & suffurati sint eum uobis dormientibus. Quod si hoc commentum fuerit delatum ad præsidem uestrũ, nos illi persuadebimus uosq; liberabimus omni periculo negocij. Milites igitur accepta pecunia fecerunt quemadmodum fuerant edocti, & inuenit commentum tam friuolum in populo fidem. Nam rumor hic in hodiernũ usq; diem diuulgatus est apud Iudæos incredulos. Porrò discipuli undecim moniti à mulieribus, profecti in Galilæam conscenderunt montem, quem illis designarat Iesus. Illic sese conspicendum præbuit. Viderunt & agnouerunt eundem dominum suum, & adorauerunt ueluti iam sublimem ac cœlestem. Nonnulli tamen adhuc dubitabant, donec plurimis ac certissimis argumentis, & illis fides facta est. Quanquam & illorum dubitatio profuit ad fidei nostræ certitudinem. Accedens igitur propius ad illos Iesus, non solũ cominus se conspicendũ & cõtrectandũ præbuit, uerũ etiã uocem nota, consuetaq; loquutus est eis. declarans sese morte sua consequutum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

regnum & autoritatem in cœlo pariter atque in terra. In cœlo, ubi semp regnarat cũ patre. in terra ubi post hac regnaturus esset, non præsidijs tyrannicis, sed per fidẽ credentiũ. Atq; huius Euangelicæ regni functionẽ impartiturus & discipulis, suis uestigijs ingressuris, mandans eis officiũ Euangelij prædicandi, non solũ apud Iudæos, sed apud uniuersas gentes, autoritatẽ baptizandi & p spiritũ sanctũ condonandi peccata oibus, q synœro pectore profiterentur Euangelicã uitã, & hos erudiẽdi formandiq;, non iuxta legẽ Mosaicã, neq; constitutiones pharisaicas, sed iuxta præcepta ipsius, donec adolescerent, usq; ad perfectionẽ Euangelicæ philosophiæ. Ac ne qd diffiderent qd iam non cũ eis assidue uersaturus esset, promittit nec illorũ sodalitiũ unq; interituru, nec se suis unq; defuturũ, sed spiritu, uirtuteq; semper suis fore præsentẽ, usq; ad huius mundi finẽ extremũ. Data est, inquit, mihi oĩs potestas in cœlo & in terra. Vidistis per imbecillitatẽ carnis esurientẽ, sitientẽ, lassescentẽ, egenũ, contemptũ, captum, uinctũ, consputũ, damnatũ, cæsum, crucifixũ, omni contumeliarũ genere cooperti, & quodãmodo infra infimos deiectũ hoĩes. Hæc oĩa quoniam uolẽs ac sponte tolerauí pro salute mortaliũ, pater me suscitauit à morte, et immortalitatis gloria donatũ euexit ad regni sui consortiũ, meæq; potestati ac ditioni subiecit oĩa, quæ cœlo terraq; continentur. Non habetis autorẽ cui debeatis diffidere, non habetis dominũ pœnitendũ.

Vt pro

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vt pro omnium salute sum mortuus, ita nulla est natio gentiũ, quæ mei iuris non sit. Vestræ partes erunt mihi uindicare, quod in uobis est, omne hominũ genus. Vindicabitis autem non armis bellóue, sed ijsdem rationibus, quib⁹ ego mihi ius hoc peperi doctrina sacra, uita Euãgelio digna, beneficentia gratuita, tolerantia malorum. Ite igitur tãquàm bonæ fidei legati, ac me autore freti docete, primũ quidem Iudæos, mox finitimos, deinde cunctas totius orbis nationes. docete quid de me credere, quid ex me sperare debeant. Primum ut agnoscant patrem cœlestem rerum omnium uisibilium, & inuisibilium conditorem, moderatorẽ & instauratorem. cuius potentiæ nemo resistere potest, quum sit omnipotens. cuius sapientiam nemo fallit, quum nihil non uideat. cuius iudicium nullus effugiet, à quo œu fonte manat quicquid boni reiest usquàm. cui debetur omnis honos, laus, & gratiarum actio. Agnoscant & filium illius Iesum, per quem æterno suo & inscrutabili consilio, statuit hominũ genus liberare à peccati mortis q; tyrannide, & p Euangeliam doctrinam aperire uiam ad æternam felicitatẽ. Qui hac de causa ex illius uolũtate descendit in terras, natus est homo uerus è uirgine Maria, diuq; uersatus homo inter homines, docuit cœlestem philosophiã, quæ sola beatos reddit. Et innocẽs pro totius mundi peccatis afflictus est, & in cruce mortuus. Conditus sepulchro, resurrexit tertia die, iuxta uaticinia prophetarũ. Hinc,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dies complures uersatus cum suis, ac certis argumentis declarata resurrectionis ueritate, rursus ascendit in cœlum, ubi ueluti consors regni gloriæq; paternæ, dexter assidet patri omnipotenti. Olim denuo uenturus in mundum, non humilis, ut ante, sed cum maiestate diuina. nõ seruator, sed iudex. & eorum, quos ille dies reperiet in uiuis. & eorum, quos iam mortuos angelica tuba subito reuocabit ad uitam. Vt illius ineuitabili iudicio, quisq; merædẽ recipiat suis factis dignam. Agnoscant & spiritum sanctum, quẽ uobis iam ex parte impartij. Copiosius impartiturus, ubi me recepero in cœlum, cuius arcanus afflatus, consolabitur, docebit, & corroborabit animos mihi fidentium, & infusus per animos omniũ, mutua charitate conglutinabit, & confœderabit, quotquot Euangelicam fidem ex animo fuerint professi, quacũq; ex gente sint oriundi. Et si quis quid deliquerit per humanam imbecillitatẽ, ueniam suorum peccatorum consequetur, modo ne se separet à fœdere contubernioq; sanctorum. Et quicunq; ad hoc fœdus sese adiunxerit, illi gratis condonabuntur omnia superioris uitæ peccata. Deniq; ne quis in hac uita putet expetenda benefactorũ præmia, aut ultionem moliatur aduersus maleficos. sciant hoc olim in ipsis futurum, quod in me factum uidetis. Reuiuiscent mortui, & suo quæq; anima corpori restituetur. Quod simul atq; factum erit, quicunq; pertinebunt ad hanc sanctam sodalitatem, mihiq; constanter

adhæse-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

adhæserint, meam ad uitam æternam transferentur, ut partipes sint felicitatis, qui socij & æmuli fuerunt afflictionum. Hæc ubi illos docueritis, si crediderint quæ docuistis, si pœnituerit uitæ prioris, si parati fuerint amplecti doctrinam Euangelicam, tum tingite illos aqua, in nomine patris, & filij & spiritussancti, ut hoc sacro symbolo confidant sese liberatos ab omnium peccatorum suorũ sordibus gratuito beneficio mortis meæ. iamq; cooptatos in numerum filiorum dei. Nemo circumcidatur, nemo baptizetur in nomine Mosi, aut cuiusquàm hominis. Agnoscant omnes, cui debeant salutem suam, unde pendere totos oporteat. Nec onerentur Mosaicis aut humanis ceremonijs. Sufficiat hoc symbolum omnibus ad Euangelij professionem transeuntibus, quod ubiuis facile est ac parabile. Cæterum ne quis satis esse putet ad salutem, semel esse tinctum ac professum Euangelicam fidem. Rursus docendi sunt, quibus modis tueri possunt innocentiã, quibus rationibus progredi queant, ad perfectionem Euangelicæ pietatis. A me nihil omissum est, quod pertineat ad parandam salutem æternam. Nec spiritus ille cœlestis, quem accipietis patietur uos obliuiscã, quod à me didicistis. Quicquid igitur ego præcepi uobis, id illis seruandum tradite. Non autem præscripsi uobis Mosaicæ legis ceremonias, quas iam uelut umbræ ad lucem Euangelicæ ueritatis euanescere oportet. non pharisaicas constitutiunculas, sed ea

quæ sola

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quæsola præstant ueram innocẽtiam ac pietatem, quæq; sola uos deo charos reddant, uereq; felices. Hæc igitur docete nomen meum professos, nõ oratione tantum, sed & uita. quẽadmodum ego quicqd doui, factis præstiti. Dũ hæc agitis, dumq; mortales cœlo asseritis, coorietur in uos mundus, sicut in me coortus est. Non enim conuenit spiritui meo, cum spiritu huius mũdi, meaq; doctrina tota pugnat cum affectibus eorũ, qui diligũt ea, quæ sunt huius mundi. Hi magnis tumultibus coorientur in uos, uerũ nõ est, quur diffidatis, quàmlibet humiles, quàmlibet idiotæ, quàmlibet imbecilles, quàmlibet pauci. Ego uicì mundum, & uos meo præsidio meoq; exẽplo uincetis. Mea uirtute non uestra superabitis, quicquid hic mundus habet formidabile. Quanq; autẽ corpus hoc subducturus sum in cœlum, qd' sic expediat uobis, tamẽ nũquàm uos destituã. Nam postaq; corpore desiero esse uobiscum, tum efficacius adero spiritu meo. Adero autẽ usq; ad mundi finem. Porrò quando sit futurus mundi finis, nec refert, nec expedit uos scire. Interim agite quod uobis mandatum est, semper in illum diem parati. Qui quandocunq; uenerit, tum uos quoq; deposita mortalitate, toti meum eritis, consortes regni paterni, cuius nullus erit finis.

PARAPHRASEOS IN EVANgelium secundum Matthæum finis, per ERAS. ROTERO.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

REVEREN

DISSIMO D. D. MATTHAEO CARDINALI SEDVNENSI ERAS. ROT. S. D.

TANDEM AVSVS sum me cõmittere itineri Germanico, quũ tota uia undiq; militibus esset operta. Adeo multos contẽnebã, quos paucos metuißem. Misere cupiebam adesse nouo Testamento iam tertio renasçenti. Græcus ille malebat ter in aãe stãs Martis aleam experiri, quàm semel parere. At quanto nos infeliciores, quibus idem fœtus toties est parturiendus. Cæterũ quum asina ꝑ medios ignes suis pullis succurrere tradatur. non mirũ si nos per tot periula subinde transcurramus ad fœtus nostros. Sed parum abfuit, qn frustra periculosum ac molestũ iter suscæperimus. mox enim ad nidorem hypocaustorum ægrotare cœpimus, uixq; recreatos morbus sic repetijt, ut nõ abessemus à periculo uitæ. Sed interea tamen semianimes paraphrasim in Euangeliũ Matthæi absoluimus, quã operam & ego tibi Bruxellæ recœperã. & tu Mediolanum ꝑ fidsens, Germaniæ meo noie ꝑ miseras. Neq; nescit tua cælsitu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tua ælsitudo, quàm illa sit improba flagitatrix. Eadem igitur opera tuam simul & meã fidem liberare studui. Valetudini cõgruebat argumentũ, in quo uel emori pium sit & optabile. sumus utriq; in negotio, nesio quàm simili, ærte toti. Vtinã utriq; succedat, qd' agit, imo utinã in Christi gloriã æque cedat, qd' agimus oẽs. Nesio qd' sydus infaustũ, quisue genius malus hos tantos tumultus excitat inter mortales. Nec satis est sic bellis intestinis, regna, ciuitates, summos orbis monarchas, inter se collidi, nisi studia literarũ, nisi religio fidesq; Christiana tã periculosis dissidijs conaterẽtur. Equidem si tantis malis nullum adhibere remediũ possim, ærte me duce aut autore nullus erit factiosus. Video scilicet hoc esse malum ac periculosum. Quid moliantur quidã, aut quid parturiat mũdus, nesio. Ego qd' semp fecì, non desinã fauere gloriæ Christi. Homũculus sum miscellus, qui minus possim quàm nihil, tamẽ uoluptati est mihi reflorescere, ac uelut ἀναζωπυρεῖσθαι doctrinã Euangelicã. Quam quidẽ ad rem, utinam liceat tantundẽ adferre momẽti, quantum cupimus. Certe sedulo bonaq; fide conamur. Hic animus sibi conscius est, & testem habet Christum, quod nec opes ambit, quarũ nunq; fuit auidus. nec honores, à quibus semp abhorruit. uoluptates multo minus, quæ nec ætatẽ hanc deceãt, si libeat frui, & breui mihi sciam esse relinquẽdas. Illud mihi totus studio est, commeatũ aliquẽ parare, quo instructus hinc feliciter emigremad

grem ad Christum, cui nostra desudant studia. Vtinam pariter succedat hic conatus noster, ac succeßit in epistolis apostolicis. Iam enim paßim terũtur manibus etiã laicorum. Atq; utinã per istas negocorũ pœllas amplitudini tuæ liceat hoc agere, quod solũ erat agendum. Et tamen quantum licet, são te fauere negocio Christi, proinde non dubito quin faueas & Erasmo. Opus dicauimus optimo principi Carolo, partim qd' diuinarẽ, ut est pietate singulari, hoc illiusmaiestati fore gratißimũ, partim ut tam fauorabili titulo pluriũ animis cõmendaretur. De Leone nostro cœptus est hic spargi rumor, quẽ magnopere cupiã esse uanũ. Nihil illius ingenio mitius, unice faucbat honestis literis. In me peculiari quodã animi fauore ꝓpẽsus erat, sed mortalis erat. Si uisum est deo pastorẽ suum ad solidiorem felicitatem euocare, precor, ut nobis contingat aliquis tui similimus, si quis tamen tui similior esse potest, quã es ipse tui. R. D. T. diu florentem & incolumẽ seruet dominus Iesus. Basileæ postridie. Id. Decemb. An. M. D. XX.

ERRATA.

A. fide. 3. uersu. 17. leg. impetus animi. & fide. 4. uer. 1. leg. nisi eas. Pag. 32. uer. 9. leg. præpararet. Pag. 37. uer. 2. leg. suo amico Abrahæ. Pag. 56. uer. 26. leg. nõ exlarchæ aureo. Pa. 257. uer. 18. le. iniecta manu.

MOGVNTIAE AN. M. D. XXII.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Chzoual perez velinos Rodezno

Romano R^mo

Benito

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sapienciaz bono deuz:

sapiencia christi mundi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación Cultura y Deporte

Ministerio de Cultura, Cu